

imo si de illis gloriaris: eo ipso illa non habes. Sed etiam quod tu ipsa habeas supponamus. Qualiter illa possideas videamus. Nonne tibi infideli seruo proditori domini destructori tibi met ipsam iusticiam quam tu possides noster benignissimus dominus tanquam pannum albidissimum gratis dedit. Et tamen tu cum stillare non cessas sanguine menstruoso. Sed vesania plene: utinam saltem meretricis mulieris frontem haberes. Que so que est meretrix sic corrupta: que de suo menstruo gloriatur: imo quam velis inuenias meretricem: que de hoc non intime confundatur. Nec etiam audeat sponsa suo sponso amantissimo reuelare. Quid ergo o stulte in malitia gloriaris. Si tamen semel in mense ad modum mulieris deficeret sanguis tuus causam haberes foxitanti gloriandi. Sed erubescere et dolere: quia quotidianus est: et quasi continuus fluxus tuus. Si ergo a te tantum malum et a deo tantum bonum cernis esse in deo gloriaris continue. Et de tua turpitudine coram diuine maiestatis oculis assidue erubescere: quod videlicet sic deficere non desistis. Sed forte dices in me nolo gloriari decetero: sed tamen ab omnibus commendari. Sed impie latro audi. Nonne stultum est: et periculosum largissimo domino tuo: qui omnia que habes tibi tribuit habundanter furari illud quod est ei carissimum: maxime ubi hoc videat et cognoscat: sibi quoque displiceat et non valeat sustinere. Sic certe stultus es qui ab hominibus laudem queris. Ideo cum vniuersa per semetipsum operatus sit: deus omnes laudes et omnia laude digna ad honorem referas dei tui. In te ipso autem hoc cogita diligenter. quod ad hoc creatus es et redemptus ut non tu: sed deus tuus in tuis operibus commendetur. Tu ergo voluntatem domini tui fideliter assequaris: ut laudari ab horreas: deum autem ab omnibus gaudeas exaltari: et quanto magis ab

aliquo commendatur: tanto in maius gaudium eleuetur. Et studeas quantum potes omni tempore: omni loco deum tuum lingua et opere honorare. Semper actu soli sue laudi intendas. Si enim bene diligeres deum tuum: eiusque honorem appeteres ut deberes malle quibuscumque amarissimis semper pasci: et stercus etiam ab omnibus reputari: imo tanquam stercus ab omnibus abhorri: ac tanquam lutum fetidissimum ab omnibus conculcari: quibuscumque delitijs habundare: quibus quomodolibet ab hominibus eleuari: quibus quicquid perfrui corporea sospitate: si inde deus tuus amplius laudaretur. Supposito etiam quod par esset meritum utrobique: hoc tamen deberet gratissimum nobis esse ut altissimus deus noster a nobis et de nobis aliquod laudis munusculum recipere dignaretur. Sed propter nostram miseriam in contrarium vertimur tota die. Sed o mira ineffabilis amabilisque demerita saluatoris: que tam benignissime nostris miseris condescendit. Quis illam poterit nunciare. O homo non sis queso de tanta misericordia ingratus. Sed gaude et mirare de tam dulci deo gratias agere non desistas. O mi domine: quid tibi contuli ego reus: quod me superbum et arrogantem: tam dulciter pertractas: et foues tua benignissima caritate. Quid et cuncta beneficia mihi tribuisti: et tribuis tota die. Et unde est mihi tanta gratia quam inueni: quod sic me ante te sustines etiam ad momentum. Certe hoc non mereor. Sed dignus sum: cum inferis habitare: immo bone domine: nec etiam inter creaturas tuas mereor nominari. Quid igitur tibi pro his faciam. Quam tibi satisfactionem persoluiam. Quam tibi remunerationem rependam. Quid recompensare poteris bonis tuis. O domine immensitas bonitatis. O ineffabilis misericordia gratia et ca



ritas saluatoris. Quid tibi pro tot tantisque beneficijs potero exhibere. Ego nescio: nec valeo satisfacere pro delictis: ne dum pro beneficijs laborare: nec etiam aliud tibi possum tribuere nisi tuum. ¶ Scio ergo quid faciam: quia me totum tibi totaliter exhibebo: et me totum tuum projiciam in te ipsum: et semper amore: timore et verecundia plenus: omni tempore: omni loco: ex omnibus viribus meis tibi: quam potero et sciuerō reuerentiam exhibebo. Et si dignaberis tibi pro posse libenter ac fideliter ministrabo. Et si hoc parum est sic vere parum est: tamen quia feci quod sciui et potui: non debite acceptabis. Sed maximum mihi esset si me dignaberis tecum in aera commorari. ¶ Quis dulcis mihi eris: tunc tua presentia summe bona. Accedam tunc cum scilicet et discooperiam pedes tuos: ut sic me digneris tibi ad veniam in matrimonio copulare: Non quiescam certe donec tecum tuis strictis amplexibus commode gaudebo donec tuis mellifluis et castis osculis exultabo: donec inenarrabili dulcoris suauitate positus in tuis brachijs dulciter conquiescam. Tunc vere delictis affluam et admirabitur et dilatabitur cor meum quādo tam mirabili iocunditate repletus: nihil nisi te cupiam habere: nihil preter te videre: audire: gustare: sentire: nec etiam cogitare valeam in hoc mundo. At tamen et nunc te obsecro amabilis domine mihi: ut nullo tempore: vel loco meo: regimini me dearis: quia sum mee anime destructor et crudelissimus homicida. Omnia autem bona que mihi dignaberis: elargiri: sicut et tu clementer tribuis: ita ipsa misericorditer tu conserues ut tibi soli sit honor: est gloria in secula seculorum. Amen.

¶ De tentationibus vtilibus sunt.

o Admirabilis benignitas altissimi qui nos tentare permittis: non ut capiamus: sed ut timentes ad te portum tutissimum cupiamus fugam. Adore enim bone matris facis o domine: que ad horam aliquādo suum parvulum dilectum filium a se elongat: quem semper tamen apud se habere desiderat et videre. Qui sic elongato aliquando timorem terribilem incurrit in occulto: ut sic puer timore perterritus ad matrem confugiat et discat in periculis ad matris gremium properare. Nam tunc mater brachia extendens filium ad se fugientem cum gaudio recipit et amplectatur: sibi arridet et dulcia oscula elargitur: eum letificat et confortat: sibi que verba consolationis prudentie et doctrine pariter subministrat. ¶ Felix tentatio deo permittente: et providente persequens in hoc mundo: que ad diuinum amplexum etiam in presenti fugere nos expellit. ¶ Dulcis domine qui sic te nobis tribuis refugium salutare qui sic nos undique effugari permittis: ut scilicet ad te tutorem citius fugiamus: et tecum omni tempore securi commoremur. Non ergo ad damnum sed meritum non ad vicium sed virtutum exercitium et augmentum tentationes mulierum te habere patiaris: o homo. In omnibus tamen cum timore: sollicite: sobrie vigila et labora. Et ne aduersarius tuus diabolus tanquam leo rugiens te circueundo capiat: per consensum: velociter ad deum tuum summum et solum refugium studeas currere toto posse. Ibi que si tentare voluerit: residebis. Sin autem capi poteris et damnari. ¶ Si autem a deo te nimium elongasti: nec potes ad eum cito currere per lamentum penitentie et laboris: saltem per augmentum seruentissimi amoris: et deuotionis contemplationis subintra totaliter cavernas vulnerum iesu christi: et in sui lateris puteo te abscondas: nec timeas



q̄ te tunc inueniat inimicus. hoc enim  
semper habeas pro regula generali q̄ quā  
tuncunq̄ deum tuum altissimum ad te  
profunde volueris inclinare in corde tuo  
porta vulnera iesu christi ⁊ te eius consper  
sum sanguine patri suo ⁊ tuo tanquā vni  
genitum representa. Ipse enim tanq̄ pa  
ter dulcissimus tibi statim plenarie prou  
debit. Accede ergo ad christum: ⁊ cum  
lachrymis deprecere suppliciter. Et  
ex quo ipsum non decet denuo vulnerari:  
dignetur in tuo sanguine sua vulnera re  
nouare teq̄ totaliter suo sanguine rubrica  
re. Et sic indutus purpura iesu christi pote  
ris securus introire palatium dei patris.  
O temptate hec vulnera quotidie medita  
re: quia hec semper tibi erunt in refrigeri  
um ⁊ solamen. Nec dubites q̄ si ea bene  
in corde tuo expresseris: nullus temptatio  
nis aditus apparebit. Quis enim videns  
dominum glorie: non suis sed nostris pro  
prijis sceleribus sic grauiter vulneratum:  
auderet iterum scelera perpetrare. Quod  
adeo impius ⁊ crudelis: pro ipsorum vul  
nerum iesu christi compassione ⁊ reueren  
tia non desisteret a peccato saltem miser de  
sistat: quia desistere habet timorē intollera  
bilis pene sibi debite in futuro: que sine cō  
paratione grauior ⁊ acerbior est huius  
mundi penis omnibus simul sumptis. Si  
autem contra te christum videris merito  
indignatum: tunc ad solam spem ⁊ fiduti  
am totam peccatorum recurras. scilicet ad ma  
trem christi virginem gloriosam. Et ipsi  
tanq̄ matri dei omnem reuerentiam ex  
bibeas quantum potes: ac perfusis lachry  
mis eius auxilium postules incessanter.  
Et vere dico tibi q̄ si ex corde importunus  
⁊ lachrymosus oculis precibus ad eam to  
to posse pulsaueris: non quiescens ab ea si  
ne dubio quod volueris q̄ citius impetra  
bis. Secum enim creuit miseratio: ⁊ sibi

satisfacere miseris ex officio est commis  
sum. Unde illud quod ipsa cum magna  
diligētia exerceat communiter erga omnes  
tibi soli nullo modo poterit denegare. Quod  
si nullo modo te senseris consolari: non ta  
men diffidas vel desperes: sed crede ⁊  
intellige tunc deum tuum te diligere: qui  
ideo hoc facit ⁊ permittit: vt inde magis  
peccatorum tuorum profunditates videas  
⁊ cognoscas. Et vt tuam miseriam non  
ignores. Et hoc est maximum donum dei.  
Non enim sibi placet presumptio aliquo  
rum: qui se iustos reputant apud ipsum:  
⁊ ad ipsum altissimum tanquam ad sa  
miliarem amicum presumptuose ⁊ irre  
uerenter quodāmodo ⁊ nimis domesti  
ce appropinquant. Vult enim vt quilibet  
quantumcunq̄ bonus ⁊ iustus: vi  
lem ⁊ peccatorem ⁊ miserum: ⁊ quasi ni  
hil se reputet apud deum vel in seipso.  
¶ Et q̄ ad ipsum accedat cum magna re  
uerentia ⁊ timore: cum magna verecun  
dia ⁊ rubore de malis commissis cum  
magna tristitia ⁊ dolore de bonis omissis  
cum magna tamen spe ⁊ fiducia omnem  
gratiam ⁊ misericordiam ab eo finaliter  
obtinendi. Et magnum est valde ⁊ ad ma  
ximum donum dei si hoc putet ipse homo  
quātūcunq̄ bonus. Si deus deorum rex re  
gum ⁊ dñs dominantium dignaretur euz a  
longe: et quid modicum intueri. Ideoq̄ hō  
pleno corde dei magnitudinē suamq̄ pra  
uitatē confiteatur ⁊ dicat. Domine nō solū  
nō sum dignus vt intres sub tectum meū:  
sed nec vt tibi appropinquare valeam vl  
lo modo. Sufficit enim mihi valde si tue  
pietatis oculis me clementer digneris re  
spicere a remotis. ¶ Dico autē tibi o ho  
mo q̄ si in hoc perseveraueris humili nō  
quiesces: nō solū te videbit s̄ ad sua secre  
tissima introducet: qd̄ ipse dignetur mihi  
⁊ tibi facere: qui est benedictus in secula se



**Q**ualiter homo ordinet cogitationes suas: in q̄ semper habeat deum in corde.

**H**omo vis agnoscere quomodo tuū dirigas cogitatū. Semper enim vt humiliatio tua sit i medio tui: debes considerare diligentius temetipsum cogitando vnde veneris: vbi sis: et quo post hanc vitā miserabilē sis iturus. Itē cogita et recogita infinitā dei virtutē eiusq; ad te ineffabilē charitatem qua ad suam imaginē de nihilo te creauit: et propter te totum vniuersum produxit: omnia subijciēdo sub pedibus tuis: et cunctoz animantium te dominum statuendo. Item cogita quomodo te perditum p peccatum deus misericors in hunc mundū veniēs sollicitē te quesuit: et pro tuis peccatis moriens crudeliter super crucē suo preciosissimo sanguine te redemit: sicq; te de potestate et seruitute diaboli liberauit et ad regna celestia te gratis et dulciter inuitauit. Quid plura. Hec et huiusmodi beneficia innumerabilia et inēsa: tibi adeo impēsa cogita diligenter: et ipsum deū ac virginē mariam matrem eius in omnibus et per oīa vbiq; et semper habeas ante oculos cordis tui: sicq; coram ipsis existens suamq; admirans magnitudinem: ac tuam miserā recognoscens quantum poteris resilies in teipsum admirans nō modicum: quō deus dignatur rem tam feidam et vilem coram suis oculis presentari et te etiam ad momentum in sua patē presentia cōmorari. Hoc faciens sic de hoc dono maximo et de oib; alijs quātas poteris refferas deo grates. Et hoc etiam q̄ regratiari sibi possis: tibi reputa magnū donum: et hoc donum. s. q̄ dignatur te in sua p̄sentia cōmorari: et alia omnia que tibi concessit debes cū omni vigilantia diligentius custodire: et semper cū

magna auiditate mens tua transeat ad maiora. Et si propter tuam miseriam aut aliq; occupationem exteriorē cogitatu tuo a sua presentia absentaberis: cum auiditate q̄ cito sollicitē reuerti studeas vbi eras: et sic faciens qualem processum habere debeas cito te docebit. Hoc tamen pro certo habeas: q̄ quicq̄ sit de alijs semper te debes ad nihilum redigere: quātū potes et omniū peccatorū te infimū reputare: et tā pro te q̄ pro alijs debes a deo tuo tibi presente cum omni humilitate veniam lacrymabiliter postulare: et tuam considerationem semper super hoc poteris dirigere in hunc modum. Nunquā enim debes cogitare q̄ alij peccatores a dō sunt elōgati q̄ et si non continē: ad horā tamē ad deū se vertant in corde: et quin tunc forte te intimus ipsum recogitent et cognoscant: et quin maiori coram ipso assistant reuerētia et maiorem considerationem suozū habeant peccatorum: et se sibi humilius representēt: quā etiam maiori affectu moueant in presentia tanti boni: et si hoc pleno corde nō poteris cogitare. Hoc ipso debes te superbissimū reputare: nec poteris de congruo huic tue supbie prepōderare concupiscētijs alioz. Nullū ē: quantumcūq; publicum peccatorem iudices vel contēnas quia nescis finē eius. Potens est enim deus iustificare impium et malignum. Te ergo et nō alios iudices in hoc mundo: qd si facere non potes: debes tunc firmiter presumere q̄ supbia: sit illud vitiiū in quo ceteros singulariter tu excedis: ex quo non potes tuam aspiciere prauitatem. Et certe si hoc est verum satis bene et digne potes te omnium infimum appellare: Sed forte tua superba cogitatio dicet tibi. Quomodo de infidelib; h̄ potero cogitare. s. vt sim infimus eis cū ipsi nec deum cognoscant. Sed audi superbia ceca. An ignoras q̄ si deum cognoscis ipsumq; credis te redemisse suo sanguine



precioso et contra ipsum cum in superbia eleuatus quod longe grauius peccas: quod si hec omnia ignorares. Nonne ubi cum peccato est maior cognitio: maior contentus ibi esse probatur. Nullum ergo excipias o in sane te forte peiorem. Sed pleno corde te humilia apud deum te viliozem et maiorem peccatorem ceteris recognoscens. ¶ Et si forte nunc quod absit tibi surrepat maligna cogitatio. d. Ergo tu es a deo reprobatus: hanc quod cito excludere debes: nec talem cogitationem tecum permittas modo aliquo commorari: licet enim timere habeas non modicum de peccatis: magis tamen ac magis sperare debes et dei altissimi super extolle pietatem: et confidere simpliciter in uerbis iesu christi: et in summa clemencia sue matris: imensa enim et infinita est misericordia saluatoris: adeo ut si in te solo essent omnia peccata mundi que facta sunt unquam uel possent decetero perpetrari: adhuc in infinitum: super excederet misericordia dei nostri et tibi omnia peccata mundi si cum lacrimis: et humiliter ad eum recurreris propter suam pietatem largissimam condonabit. ¶ Si etiam tunc tibi ueniat cogitatio: utrum sis in caritate uel non. Timere proculdubio debes et cauere ne determinate in partem aliquam indineris. Fideliter tamen age et de diuina misericordia semper spera si enim hoc egeris et tui consideratione te reputaueris peccatorem: die noctuque obuiam in peccatis undique ac de tanta tenebrositate sume dolens ad fontem pietatis christi cum lacrimis deuote et humiliter conuerteris mentem tuam: orietur nempe in tenebris istis lux tua: et eleuaberis dei nostri summi dulcissima pietate ad celestia contemplanda: et in delitijs abundabis. Et dicas merito cum propheta. Nox illuminatio mea in delitijs meis. Quod totum ipse prestare dignetur. Qui uiuit et regnat in unitate spiritus sancti deus. Amen.

¶ Ad anima inebriatur in amore dei.

Altitudo diuinitatis sapientie et scientie dei quantum incomprehensibilia sunt iudicia eius et inuestigabiles uie eius. Quis ascendet in montem domini. Aut quis

stabit in loco sancto eius. Sed et si quis uoluerit ascendere: per quam utique uiam ascendet cum omnes inuestigabiles sint. ¶ Audi dilectionem: et uocationem tuam anima dilecta: et sume gaude. Cum enim cuncta supradicta omni uigilantia solcite studueris ad implere: tunc iam sic deo incipies propinquare: ut uere nihil preter eum ualeas cogitare: ut omnia preter eum tibi in fastidium abominationem et amaritudinem nimiam conuertantur. Et quasi libentius uelles animam a corpore separari: quam te a continua uel quasi continua dei meditatione: et ut ita dicam fruitione etiam ad modicum temporis absentare. Quasi etiam tibi uidebitur: ut etiam te ipsum non habeas nec aliquid aliud preter deum. Quid tibi referam tunc de tuo dilecto: o anima amore eius repleta: imo quasi in eius amorem conuersa. Asculta: iste inquam dilectus tuus o dilecta a quo non potes nec uis aliquatenus separari seipsum paulisper subtrahet a tuo continuo cogitatu. Ita ut cor tuum circa alium incipiat deuariari. Et tunc tu uidens a te eum quem sic fortiter diligis abscedisse nimio et incredibili dolore repleta anxia circumquaque discurrens: undique solcite: et auide queres quomodo possis eum quem sic fortiter diligis inuenire. Quibus creaturis breuiter nunciabis imo ipse dilectissimus sponsus tuus se tibi quam totum presentabit: tibi occurret: tibi obuiabit: tibi clare et sponte offeret semetipsum. ¶ Quanta tunc leticia reuiuifces. Quanta dulcedine profueris. Cum uidebis amatissimum sponsum tuum quem prius cum tanta auiditate quesieras circumquaque: tunc cum nimio amoris eius dulcore repleta amplectaberis dulcius toto posse: tamen semper cum reuerentia: et timore. Quanta non et qualis tibi aderit cond



solatio si bene sapiens fueris feliciter poteris experiri. Sed audi o amantissima deo tuo. Cum enim te securam reddiderit. Se a te iterum absentabit: et tunc adhuc cum maiori ardore quam prius ipsum requisitum habebis. Quid dicas tibi vere a te si totiens absentabit donec sic cum sis sollicita custodire: ut plus te non audeas reddere. iam securam: sed omnia habeas iam suspecta. Sed o felix anima audi dulciter et asculsa quid tibi faciet dilectus tuus quando secum incipies quietari vino quippe dulcissimo suaviter incipiet te potare et tu eius mellifera dulcedine degustata amplius incipies affectare. Et tunc ipse largissimus amplius tibi dabit. Et quanto plus tibi dabit tanto ab eo amplius postulabis. Et ipse benignissimus tunc tibi verius ministrabit. Quid dicam tibi. Saccari nunquam poteris donec iebriata fueris et profusa undique suo vino. **Utrum autem postquam frequentem et nimiam inebriationem soporem vel raptum consequeris: si deus tibi concesserit poteris experiri. Largissimus. n. e. et plus sine comparatione quam credi valeat elargitur: Hoc tamen semper debes habere in corde quo tu es vilissimus fragilis et peccator: et quo non es modo aliquo ad hoc aptus: sed omni beneficio et gratia simpliciter es indignus et per maximum donum debet tibi videri et esse: si ipse deus dignatus tua peccata delere et quantumcumque tibi in hoc mundo acerbitate penarum inflicta. Qui deus semper sit laudabilis in secula seculorum. Amen.**

**Quando anima rapitur: diversimode inebriatur.**

**N**on habemus in pluribus locis supradictorum capitulorum hominum duritiam divina influentia posse iebriari: ut mens tua amplius eleuetur: volo ut differentiam illarum ebrietatum non ignores debes. n. intelligere quod verus contemplativus quantum

multas alias consolationes habeat speciales: tamen antequam veniat ad soporem et raptum ad quos pauci attingunt valeat ebrietatem dupliciter experiri. **Prima** quedam abundantia iocunditatis in corde et vehementis iubilatio mentis. Que per intensum desiderium vite eterne. Aut per devotam considerationem passionis christi. Aut per magnam fervorem singularis amoris in deum venit in mentem ex quadam nova divina irradiatione infusa et ista letitia tamen abundat in corde: ut etiam in corporis membra redundet faciens cuncta pregaudio arridere. Et talis per nimiam exultationem ad modum ebrii precipitanti gradiatur quietem non sustinens. Et cunctas creaturas quas invenit sui conditoris amoris magnitudine amplectatur. Et bene potest credere quod cor talis non multum applicat ad terram: quod etsi aliqua mundana vel terrena sibi occurrant omnia despiciens reputat esse vana. **Alia** dulcedo ebrietatis est quam nimia suavitate repletur cor ex divino gaudio. Nec venit per contemplationis quietem. Et tamen tantum etiam ista dulcedo abundat in corde ut exterius in singula membra redundet adeo ut totus homo tam interius quam exterius mellifluus videatur. Et sic prima ebrietas per illaritate non sustinet quietem sic ista secunda per nimiam dulcedinem quiescere facit. Et nisi tantum intendam ut in sapore degranet non affert totaliter sensum suum particulariter actus. Sed ad modum ebrii liberos non permittit: tunc quasi quicquid videbis reputabis quadam divina gratia abundare. Et quantum prima ebrietas sit ex intensione leticie: et secunda ex intensione dulcedinis tamen non oportet dubitare quod etiam illa sentit dulcoris: et ista leticia non privatur. Et quis non necesse sit timere de prima: sed potius sit gaudendus de secunda tamen que persistit in quadam ammirabili dulcedine cordis semper tutus est dubitare: eo quod diabolus transfigurans se in angelum lucis consuevit aliqui homini similia procurare non ut reficiat: sed ut desiciat et in



ficiat hominē sic occulte: vellet enim diabolus vt homo supbiret et se aliquid reputaret: vt sic dū supbetalibus deceptus frueretur delitijs miserabiliter et digne auerteretur a deo hoc bene aliqui ipse deus pmiteret euenire. Cū enim aliqui aliqui nō veritatem contemplati nimis de se ipsis presumunt aliosq; ptenēt et credūt se deo esse proximiores: cū tñ ab eo nimis sint propter suā superbiam elongati diabolus pater superbie habet potestatem in eos: vt talibus delitijs dācipere eos possit. Et ideo cū summa diligentia est aduertendū: vt quicumq; tibi acciderit qd facies tue mentis in deū dirigas ne ab coipso cor: tuū vilo modo discedat: vt si delectari te oporteat solū delecteris in deo. Et tunc si adeo erit illa dulcedo deberet intendi: si vero a diabolo deberet priuari: et anihilari vel saltem remitti. Ad si deus te voluerit aliquando consolari: vt p tuis aliorūq; peccatis amaritudine frequenter replearis: in ipso aliquando delitijs perfruaris sibi regratiari studeas toto posse. Et ad hoc tñ licitū est timere ne psumptionem incaute incurras. Potes aut cogitare ad humiliandū cor: tuū sup hac dulcedine qd deus pro paruo bono qd forte fecisti qd tñ forte reputas esse magnū fortasse nunc vult tibi in premiū dare istud quia forte premijs eternis te non reputat esse dignū. Potes et timere et merito ne illud dulcissimū vinū tibi adhuc spiritualiter sebricitanti suauiter propiciatum eterne mortis periculū prestet tibi: hoc est ne te occasionaliter faciat superbire ob quā supbias iudicaris postea digne eternis ignibus cruciandus. Ideo pleno corde dū sumus in hac valle miserie pstituti: debemus magis appetere ppijs peccatis cū xpo crucifixo affigi: q̄ periculosus delitijs afflui in hoc mundo. Et sic quotidie peccare: immo quasi p̄tinue sustinere. Et sic purgati postea semp cū dño gloriemur. Et sicut nunc sumus vilissimi serui dei sic d̄ nobis place

re: imo debemus appetere a cunctis vilissimi reputari. Et sicut ad honorem dei facti sumus sic in nobis et in alijs illud solum d̄ placere quod ad dei cedit gloriā ad honorem: et illud solū displicere quod in strarium noscimus puenire. Et de indifferentibus nullo modo debemus curare: nisi q; oia d̄bemus ad laudē dei referre. Quod nobis ipse pcedat: q; p cūcta secula regnat. Amē.

Quomodo homo seruet in amore dei ad opera dei.

Attenderes o hō qd deus ad suā imaginē te formauit et p te tot et tā nobiles pdidit creaturas: et tuā assumens: et exaltās naturā: tam carissime suo sāguine te redemit: et nō solū vipsū habes in cibū in p̄nti: s; se ipm in futuro tibi in premiū repromisit. Nūc quoq; te et cūcta creata regit et pseruat sua ineffabili grā quā infundit. Et hęc oia ad tuū facit honorem. Si hęc oia bñ attēderes: et in ip̄s deū tuū tēderes: vt deberes eius quoq; reuerentiā appetere: et honorem certe p eo quā si tui oblitus p nihilo te nūc subijceres oī morti et cūcta: tā psp̄ra q̄ aduersa equo aīo humiliter tollerares: imo q̄cqd honoris vel p̄solatiōis. Quicqd iniurie vel tribulatiōis tibi quocumq; ptingeret totū nihil ac si nihil tibi accideret reputares. Dia tñ referres in laudē et gloriā creatoris. Nec etiā qñ aliqd ad dei honorem: ad salutē tui faceres. Et illud esset difficile deberes mō aliquo iudicare. S; quodā ipetu mētis nimio amoris diuini ardore igni d̄ deberes toto nixu studere cūcta laudē dignā: effectui velocius demā dare. Si enī bene creatoris tui esses amore succensus: o homo quomodo aliqd pro ipso tibi illatum: vel p̄ceptum: impositū: vel iniunctum iniuriosum: aut onerosum graue: vel difficile reputares. Omnia certe talia tibi leuia amabilia dulcia



et suauia apparerent. Et ita solícite et libenter hec omnia adimpleres: quod cum omnia ea perfecisses: nihil quasi crederes te fecisse imo potius defecisse teque ex hoc tam exosum haberes: ut vix teipsum aliquatenus tollerares: et quomodo maiora posses facere: solícite cogitares. Vel saltem que facta sunt perfectius adimplere: propones in corde tuo: teipsum de male vel minus benefacis: grauius flagellare. Nam certe doleres non modicum et erubesceres in teipso tam altissimo domino et benignissimo deo tuo sic defectuose: pigre et miserime ministrare. Quid plura. Quanto plus proficeres tanto plus te deficere cogitares. Et sic amplius erubesceres: et doleres: et nunquam cessares: sed semper maiori ardore succensus maiora reincepe conareris. Nam quod certe de hijs: et in hijs que ad honorem dei pertinent tuus posset refici appetitus. Semp. n. cupidus: semp. auidus: semp. famelicus appareret. Admirabilis et delectabilis calor amoris diuini: qui sic cito facit digerere omne molestum: qui tam cito in dulce amarum peruertit: insipidum in sapidum: fastidiosum in appetibile: in facile difficile: honerosum in leue: et breuiter omne triste in suauem: pulchrum delectabile: et iocundum: et tandem omnem laborem peruertit in premium sine fine. Non dubito quod tunc nimio amoris seruoze ebulliret cor tuum intantum: ut summe exosus haberes et oino vitares quicquid etiam ad momentum subtrahere te a tam fructuoso et suauis seruitio dei tui. Et semp. tibi ipsi piger videris: defectuosus: et negligens in obsequio tanti dei. Alij autem serui dei incomparatione tui tibi promptissimi: et seruentissimi apparerent. Eorum tamen pronitas tibi esset ad gaudium et tua pigritia ad merorem. Accede ergo homo ad cor altum et in tuis actibus exaltabitur deus tuus. Si enim habueris cor infimum et terrenum minima seruitia maxima reputabis: et que quasi nihil erunt tibi difficilia apparebunt. Et illa que pro te vl-

pro vno vilissimo amico tuo libenter faceres: pro deo tuo altissimo eades facere grauaberis ultra modum. Dulcia et amabilia reputabis amara: et amarissima dulcia reputabis. Oculo infirmo irradiationem solis iusticie ab horrebis: et ambulare in tenebris affectabis. De bonis eternis et spiritualibus non curabis: sed ad transitoria et terrena. imo ad stercorea cor tuum miserabiliter inclinabis. In hyeme presentis vite applicabis manum per pigritiam sub maxilla et ideo in estate mentis mendicabis. Et sine tibi miser qui iam non poteris etiam bestijs comparari: utinam iumentis similis factus esses: que suorum subuehunt honora dominorum. Quam ergo excusationem miser in extremum iudicio poteris inuenire: quam etiam bruta et irrationabilia animalia ad iudicium tibi erunt. Si ergo ad seruiendum deo manus et pedes habeas sic ligatos: ipse misericorditer te soluat et custodiat dirigat et conseruet: cuius misericordia est plenus totus orbis. Amen.

Quod prelatius non iudicet alios.

Iabolus in malitia antiquatus viros prelatiuos cernens in celestibus peruersari. vñ ipse per superbiam est deiectus: nihil omnimodo omnes quos potest secum trahere ad inferna. Et qui videt se eos non posse vincere in apto. Nonne saltim eos decipe in occulto. Et quod quod diuersa mala diuersis temporibus suggerat vniuersis: tamen precipue viros prelatiuos prelationis tempore per superbiam nihil grauius molestat: ut. si ipse prelatiuus de se quod magnam presumat: et ceteros reputet viciosos. Applicam inferrens in iam. d. Omnia iudicat spiritualis homo. Sed o pessima et mortifera pestis: imo mors gratissima et occulta. Nec deum fugat: presumptione nequissima abhorrentem. Nec fraternas lacerat caritatem. Nec vescentem impiam fa-



cit stercorea amplexari. Nec spiritali leticia plenum ad accidiam ducit. Nec cuncta ad honorem dei referenda facit diabolice fraudi dare. Sed o miser homo nūquid i altū contēplationis ascendisti: vt te faciens aliorū iudicē: debeas ceteris maius precipitiū sustinere: pone ergo te o infelix cōsideratione tui in nouissimo loco: et tūc cadere nō valebis. **C**ōsensate cōmenda dei opera cū simpliciter sint pfecta: et cōmendaberis et tu. Attende o hō in dulcis cōtēplationis cacumine cōstiture et cognosce qualiter deus ppter sui honore faciens creaturas: diuersis diuersa munera voluit misericorditer elargiri: vt sic non tantum ab vno simpliciter: sed a multis multisomiter honoretur. Voluit quoq; sui immensi thesauri sapientie et scientie sue inextimabiles et ineffabiles diuitias pparare: vt ex hoc cōmendādi suā magnificentiā materiā multiplicem habeamus. **C** Debes ergo pmitus cogitare q; deus est sume potēs: sapiēs et bonus pater familias ordinans ordinatis sine domū suā: pensat enim filiorū suorum potentiā sapientiā et bonitatē. Et sūm sue p sentie voluntates: diuersa diuersis cōmittit officia et tribuit dignitates. **C** Logita ergo primo tu qui cōtēplationi vacas q; deus benignissimus pater tuus misericorditer egit tecum: dū sciens te ad oīa imbecillē noluit te sibi in periculosis arduis difficilibus ac implicatis opibus ministrare: sed ex dono sue immense clemētie te: tanq; infirmū p cōtēplatiōis quietē dulcius voluit cōsolari. Alios autē cernens in caritate seruentes et fortiter radicos voluit super periculosa et difficilia ordinare nihilominus eis quietem tribuens post laboram et cōsolationem etiam nō modicā in labore. Si ergo te videris spiritalibus inherere: ceteros autē circa alia laborare: nō eos iudices: sed immensas dei bonitatē: et pfundā eius sapientiam inspicere cum timore pariter: et amore. **C** Te infirmū cognosce et debile cū vere

cunctis et dolore. Alios vero cōtēplationis: et fortiores te cōsidera in caritatis operibus et labore. Quō. n. te valde debile: forte poteris reputare: qui pp tuā nimiam infirmitatē etiā lecti molitiem similem cōtēplationis dulcedinē nō vales dulcius sustinere: quin omni quasi vento cuiuscunq; cōtēplationis ad modū arundinis nō modicum mouearis. **C** Quid ergo faceres: si te oportet et vna manu edificare: et hostes altera effugare. Nampe solo pauore deficeres. Lauda: ergo pijsimū deū tuū: qui potentes statuit in arduis: et aduersis. Sapientes intentos fecit studiis. Clemētes bonorū distributores tēporaliū ordinauit. Te autē ne cōficeres voluit quiescere: et iocundari: et refici per cōtēplatiōis dulcedinē degustatā. Ne curares noluit te curiosa: et subtilia indagare: Ne tua simplicitate malus dispensator: esses voluit te tanq; pauperē oīa temporalia anēgare. Non ergo in aliquo te exaltes ceteros vilipendēs. Sed potius ecōuerso cunctos te in oībus meliores reputa: pfunde humilians temetipm. Non alios iudices: sed exalta. **C** Nec ēt a predictis excludas eos quos videris ociosos. Debes enim cogitare q; ipsi tanq; viri sapientes et pbi thesaurū iā acquisitū intra se prudenter abscondit: ne fures ipsam inueniant exteri et furentur. **C** Logita enim q; ipsi laborāt in occulto et in publico requiescunt. Aut certe pensa q; ille qui dedit pondus ventis pmittit tales aliqui deficere in istis manifestis et nimis ne de maximis que sibi occulte concessit in superbiam eleuent. Et quāuis sic debeas facere de oībus supradictis: tamen quia vides tales nō sine periculo esse debes tu qui inquiete existis pro eis assidue: et seruēter orare. Aut si potes debes eos allicere ad quietem. **C** Debes quoq; secundo omnia ad laudē reducere creatoris. Quod quidem bene poteris facere p hunc modum vel forte melius aliter si hoc aliter deus tibi dignabitur indicare. **C** un



enim videris aliquos in prelatione temporali vel indignitate aliqua constitutos cogitabis hoc esse factum ad diuinam magnificentiam ostendendam: et sic in eis deipotentiam collaudabis. Cum autem videris alios scientie insistentes: et non solum creatoris: sed etiam creaturarum occultissima inquirentes: et quolibet versiculum curiosius ordinantes: hoc esse factum ad manifestandum diuinam sapientiam non ignores: et sic in eis dei sapientiam commendabis. Cum vero videris alios temporalibus negotiis insistentes in eis diuinam laudabis prudentiam per tales quiescentibus prouidentur. Si aliquos videris ceteros iudicantes diuinum iudicium time. Si penas inferentes diuinam iusticiam cogita. Si rigidus diuine iusticie expauesce rigorem. Si reprehensor et causarum discussores futuri iudicij recordare. Si vero videris platos circa punitionem malorum remissos in eis diuinam misericordiam commendabis. Si videris aliquos insistere operibus caritatis et pietatis in ipsis laudabis diuinam bonitatem et suam clementiam infinitam se breuiter ad oia diffundentem. Si calorem habueris recogita erga nos dei patris nimiam caritatem quam suum filium voluit incarnari: et pro nobis omnibus crucifigi. Si frigus habueris ab omni estu miserie refrigerium anhelabis.

¶ Et sic per singula discurrendo omnia potes et debes reducere in laudem: et magnificentiam creatoris. Non enim debet esse aliqua creatura quantumcumque tibi vilis summa ac infima videatur: in qua tuum non honorifices creatorem. hoc enim ipso omnis creatura digna est omni laude quia a deo condita est et ab eo conseruatur mihi esse. Et hoc ipsum ergo dicitur creaturam esse dei vel adeo: si suum mirabiliter promedat actoris hec pauca: et quasi imperfecta exempla tibi dixi ut ex istis vias habeas ad maiora. ¶ Et istud est discretionis iudicium ad quod te. Apostolus voluit inuitare in auctoritate predi-

cta quam tu pessime exponebas. Non enim vult inuere. Apostolus quando dicit. Spiritus homo iudicat omnia: quod ipse ceteros debeat condennare cum alibi ipse dicat. Noli te ante tempus iudicare. Et idem alibi. Tu quis es qui iudicas alienum seruum. Sed hoc ideo dixit. Apostolus carnalis homo non percipit sapientie diuine secreta. Sed spiritualis homo iudicat omnia. id est in qualibet creatura discernit archana potentie: sapientie: et bonitatis diuine. Iudica ergo et tu decetero omnia. id est in oibus diuinam sapientiam: potentiam: et bonitatem discernere et inde omnium honorifices creatoris.

¶ Si autem aliquem probabiliter noueris peccatorem caue diligenter ne propter hoc ipsum condennes: nec etiam comedas ipsum. Sed vitium tibi in eo displiceat: et compatiaris quantum potes persone laudabis et deum tuum qui non permisit eum grauius cadere in peccato: et qui te prohibuit ne illud vitium perpetrare. ¶ Nullo enim modo dubites: quod si deus ex dono sue imense clementie te non custodiret a malo: tu grauissima et turpissima perduceres ad effectum. Deum etiam suppliciter exorabis: ut ipsum et quolibet peccatorem releuet a peccato et te ab omni malo liberet: et defendat.

¶ Nisi enim noueris peccatis comparari proximo: ad bonum indurabis cor tuum et forte in malum irrues sine ferro. Qui enim fideliter et solcite dum potest oratione vel exortatione seu alio quocumque modo deum proximo non procurat non dubito quod talis a deo merito elongatur. Sed quanto magis credis ab his dominum elongari: qui arridendo detractoribus ac ceteris peccatoribus applaudendo eos in malitia sua fouent: et ex hoc audaciam: et fauorem sibi tribuunt: his similia et peiora peccata iterum perpetradi. Si ergo oportunitas se obtulerit malum argue. Aut si non expedit tibi saltem pretende tristitiam faciei: ut sic peccator aliquo modo confundatur. Nec attendas magnitudinem



clinem alicuius. Sed illū reputa fore ma-  
gnū: qui appropiat deo tuo: et tanto maio-  
rem: quanto caritatis: et ceterarū virtutum  
gradibus sibi anplius appropinquabit.  
Que enī ceca: et damnosa peruersitas est.  
Timere seruum diaboli: et cum maximum  
reputare: et contēnere dei filiū adoptiuum  
aram iam celestis patrie possidentē certe  
hec ē yefania nimis magna. aqua nos cu-  
stodiat sapientia dei patris. Amen.

### De paucitate bene viuentium.

His dabit capiti meo aquam  
et oculis meis ibidem lachryma  
ru: vt die ac nocte plorare va-  
leam perfectorū statum: quasi  
ad nihilum iam redactū. Nam  
terra culta diuinis cōsilijs: et xpī exemplis  
spinas: et tribulos germinat pro frumēto.  
Certe quāto res perdita est nobilio: tan-  
to debet esse dolor intensior: de eadem. S; vt  
de multis aliqua pauca supficialiter vi-  
deamus. De obedientia tanq; de religio-  
nis fundamento pūnitus pertractemus.  
Curte et discere: o homo et vide diligēter  
si forte possis ipsam obediētiā in sua pfe-  
ctione in aliquibus saltē paucis. quolibet i-  
uenire. Credo quippe q; vix aut nunq; in  
aliquo perfecte eam inuenies latitantem.  
C Sed mirari potes merito: cuz religiosi  
multiplicētur valde et religio augeat quo  
obediētie perfectio in paucis: imo quasi  
in nullis valeat experiri. Certe h est: quia et  
si multiplicata sit gens vel religio extensi-  
ue: non tamen magnificata est vel augmēta  
ta spiritualis leticia et caritas in fine. Que  
so vt mihi dicas quis est ille hodie qui ve-  
lit habere prelatum ad obediendum nōne  
potius ad seruiendum. Nam enim volun-  
tati platorū nolū obediēre. Sed ecōuer-  
so volumus vt ipsi voluntates nras de-

beant in omnibus adimplere. Et nobis si  
deest aliquid de his que volumus: iam pl<sup>9</sup>  
de ipsis q; de scutiferis murmuram<sup>9</sup>. Eis  
gladio lingue non parcimus detrahendo  
vel clamosis questionibus eis proterue: et  
intrepide respondendo: et qd peius est il-  
lud qd nobis alias foret gratum fit vobis  
hoc ipso qd a prelatiis precipitur odiosum.  
Nam non cogitamus quomodo eorum vo-  
luntatem possimus plenius adimplere et  
nostram perfectius annegare. C Sed po-  
tius quomodo possimus in omnibus eis  
resistere: et eos ad faciendum quod volu-  
mus coartare. Aut ad renuendum quod i-  
iungunt nos excusatione aliqua paleare.  
Aut diligēter inuestigamus quomodo nō  
teneamur eis in hoc vel in illo aliquaten<sup>9</sup>  
obediēre. Sed heu sic faciendo luciferum  
imitamur qui pcesse voluit. potiusq; sub-  
esse. C Timeo ne forte secum habitaculū  
habeamus. Ad confusionem nostram ap-  
pareat christus passus qui pro nobis patie-  
do suo patri vsq; ad mortem voluit obedi-  
re: nihil sibi penitus retinens de his: que p-  
pria voluntas in hominibus appetere con-  
suevit. Sed exinaniuit semetipsum formaz  
serui accipiens in seipso. Hūc nempe imi-  
tati sunt patres nostri: qui cum prelati eēt  
se sponte subditos subditis faciebant: hoc  
enim sibi dulce: hoc delectabile: hoc amabi-  
le eis erat. Videlicet in his que magis sue  
voluntati contraria existebant in his: que  
ad exterioris hominis confusionem affli-  
ctionem exinanitionem spectabant: suis se  
infinis obediēre. Non enim sicut moder-  
ni: nunc ipsi tunc librabant hoc melius esse  
illo: hoc securius: hoc laudabilius: hoc fa-  
cilius: sicut quidam nunc faciunt causa fu-  
ge. Sed cuncta que cernebant esse prela-  
torum suorum beneplacita voluntati. Bū-  
modo non essent cōtra deū: quantūcumq;  
ardua: et vilia forent: auiditate maxima ad-  
implebant: tanta enim in eis vigeat cari-  
dd iij



tas et obedientie propitudo: ut ad iusta im-  
plenda nequaquam timerent discurrere super  
aquas. Nec est formidaret ire ad cupiedum  
leonas: cum eis erat iniunctum. Et breuiter ad  
multa alia ardua et difficilia que non suffi-  
cio enarrare amore et nisu obedientie se sim-  
pliciter alacriter et viriliter quam citius expo-  
nebat. Non enim iudicauit infructuosum il-  
lud esse qui obediens abbati cum labore quasi  
imporabili voluit per annum lignum aridum  
adaquare. Et ex hoc apparuit obedientie  
celsitudo: quod quod mortuum fuerat et aridum per  
obedientis meritum fecit fructus. ¶ Quid  
ergo de obedientia gloriamur. Numquid po-  
terimus nos fortasse viri apostolici nominari.  
Timeo quod nec etiam christianis: sed potius tanquam  
imitatores iuciferi merito possumus demoni-  
iaci appellari. Quomodo tu infelix potes et do-  
bes christianus dici: qui corde verbo et ope-  
re christo contraria niteris adimplere. Num-  
quid christus considerauit de seipso quod esset verus  
deus: et sine et humanitate omni gratia et virtu-  
te plenus: qui tamen beate virgine gloriose et etiam  
ipsi Ioseph erat subditus et subiectus. In sol-  
uendo quoque dragmas seruis demonum voluit  
obedire. Nos vero qui sumus pleni hypo-  
cresi et breuiter omni spurcicia peccatorum tanquam  
sepu' chra dealbata plena ossibus mortuorum  
apparemus exterius humiles et deuoti. Et  
interius veto superbie vegetamur reuol-  
tes manifeste superioribus obedire allegan-  
tes fatue quod non sumus in seruitute: sed potius  
in libertate vocati. ¶ Ignoramus autem mise-  
ri quod seruire deo regnare est: et quod quanta ma-  
gis nosmetipsos domino deo subijcimus in hac  
obedientie seruitute: tanto apud eum maiori  
honore efficiamur digniores. Et vide mira-  
bilem virtutem obedientie in effectu. Ipsa  
enim obedientia non solum reges nos consti-  
tuit in futuro: sed si perfecte in nobis exi-  
stet facit nos creaturis omnibus dominari  
hominem ad pristinum statum ducens: et ni-  
hil contrarium nisi ad profectum anime fuerit  
nos molestare permittit aduersa facit pro-

spera: amara dulcia: gratia lenia. Et breuiter  
cuncta huius mundi difficilia ardua vel  
acerba: ipsi vero obedientie filio indelecta-  
bilia et suauia conuertuntur hominem quoque  
adhuc in carne mortali positum facit angeli-  
ce se habere: nec sui domini dei facit hono-  
rem appetere cum seruoze: quia omnibus post-  
positis eius laudem cum summa auditate fa-  
cit querere in qualibet creatura. nec etiam  
momentum permittit transire a seruitio dei  
sui. ¶ Virtus mirabilis: que sui facit ho-  
mines obliuisci et semper in suum tendere re-  
demptorem: que hominem adhuc in terri-  
corpore ambulante facit spiritum in celesti-  
bus habitare. ¶ Quid ergo de obedien-  
tia murmuras o superbe. Cum enim apostolus di-  
cat quod in seruitute non sumus: vocat: sed in li-  
bertate: inuit: quod deo et prelati: non quidem  
timore serui ad modum seruorum: sed amore  
liberali ad modum filiorum: debemus propo-  
se simpliciter obedire. Absit enim quod apo-  
stolus voluerit dicere: ut de cetero non pre-  
latorum: sed nostram potius debeamus face-  
re voluntatem. Cum enim dixerit dominus. Qui  
vult venire post me: non dixit se vel suum bene-  
placitum sequi debet: sed potius subiunxit.  
Abneget semetipsum: et tollat crucem suam: et  
sequat me. Et tota sacra scriptura: hoc est  
tam vetus quam nouum testamentum obedientiam  
approbat et commendat. Si enim cor rationale  
et nobile tu haberes: non certe reueres deo  
tam in se quam etiam in quocumque prelato vilissi-  
mo obedire: sed potius dedignareris animam  
tuam tam nobilem subijcere alicui alteri cre-  
ature. Absurbum est enim quod homo reuertit et de-  
dignat seruire deo in prelato: et non dedi-  
gnat seruire die ac nocte vni libro: aut ali-  
cui alteri vilissime creature: et totum tempus  
suum conabit expendere circa nihil. Ideoque  
vir comedatus rectus et iustus cernens quod si  
faciens suam voluntatem: animas suas plus  
ceteris offenderit: et quod contra deum semper  
superbe egerit in vindictas dei et sui: suam  
voluntatem nitet simpliciter abnegare: et quia



si seipsum abhorrens desiderabit ab omnibus conculari: semper tamen ad honorem dei sui omnia referendo. Quod ipse nobis demeter concedat: qui patri suo obediens pro nobis peccatoribus voluit crudeliter crucifigi. Amen.

Questio carnis ad deum patrem de xpo.

**C**oro contra christum animam per contemplationem eleuantem deo patri dure conquerif sic allegans tibi inquit deo patri iusto: ac tue misericordie infinite dure conquero et de tuo filio domino iesu xpo: et peto humiliter et instanter vt iustitia tua consideret diligenter violentiam maximam mihi factam a tuo filio predilecto. et ex hoc tua ineffabilis misericordia concupita mee summe miserie citius condescendat. Ille enim tuus bonus filius plenus sapientia et virtute me sua sapientia circūuenit et sua fortis potentia magnam violentiam mihi fecit. Ille tuus filius gloriosus a regalibus sedibus veniens magnum ad terram de caelestibus saltum fecit: seque sua magna sapientia et profunda sub carue mihi simili occultauit. Nam exinaniuit semetipsum accipiens serui formam: et sic habitu inuentus vt homo cum profundissima humilitate et benignitate inenarrabili ad me calide subintravit. Omnibus fuit humilior: omnibus despectior: omnibus dulcior: omnibus benignior: omnibus amabilior: et gratiosior in hoc mundo. **C** Ipse signis et portentis vndiq; mirabiliter coruscabat. Ipse suo specioso aspectu: gratioso affatu: virtuoso effectu: materno affectu: paterno profectu: ad sui beniuolentiam et amore placide dulciter et benigne: cunctos tanq; filios carissimos inuitabat: et vt ardentius et seruetius in sui amorem iniret: et accederet vniuersas omnium necessitates assumpsit plenarie in seipso et omni infirmitates in suo corpore portauit

pacifice et quiete: et q; maius imo maximum charitatis signum fuit. Ipse pro salute omnium voluit crudelissime crucifigi: voluit: tam passione q; et compassione vehementer affligi: Cordis sui feruentem amorem per lateris apertione voluit demonstrare: **C** Inde quoque voluit sacra saluberrima in cunctorum remedium emanare. Quid plura. Gloriosum corpus suum in cibum salutiferum et in potum suauissimum suum preciosum sanguinem sub specie panis et vini sumendum fidelibus dereliquit. Et tandem seipsum omnibus daturum in premium promisit: singulos tua precepta seruantes patres fratresq; vocabat demum non solum in via: sed etiam in patria firmiter assererat: q; precingeret se: et omnibus ad tuam mensam transiens ministraret. Quid amplius loquor. **C** Si enim linguis omnium hominum loquerer et etiam angelorum non: possem aliquatenus explicare eius admirabilem sanctitatem et suas ineffabiles virtutes et gratias infinitas: Nec etiam valerem vel scirem aliquo modo declarare immensa et preciosa dona innumerabilia et inenarrabilia beneficia que mundo contulit. Et que magis in posterum promisit. s. fidelibus se daturum. his igitur omnibus: et his similibus et maioribus: que nec scio nec possum tibi etiam superficialiter enarrare nimis imo simpliciter sibi dulciter allexit dilectam animam mihi in sociam deputatam. Et non solum allexit sed itus suauiter intrans eam ad se sua traxit virtute. **C** Et nunc intantum suis blanditijs eam sibi coniunxit et tam indissolubiliter suauissimi et ardentissimi amoris viculo colligauit: vt iam de me penitus nihil curet. Sed potius me spernat: deiciat: odiat: affligat: mortificet et conculecet: et simpliciter ad nihilum redigat vitam meam. **C** Et q; grauius mihi esse videtur: ipsa in grauius iniurijs et offensis ab ea mihi illatis nullatenus faciat: procurat solcite et laborat: vt ab alijs talia vel similia mihi crudeliter inferantur: inferen-



tes summe diligit: et commendat: et pro eis orationem tibi porrigit speciale. sic quod mortifico: et non curat. In limbo iaceo et exultat: iaceo astricta ferro pressa catenis: ligata vinculis: vincata cum pedibus: non desunt tormenta: non desunt cruciamenta: supplicia nunquam desunt: quotidie crudescit in me seuitia: ipsa quotidie me flagellat: ipsa assidue nouis cruciatibus me lacerat. Ipsa quoque ut ceteri dolores: doloribus meis dolores addit: ad hoc ut intensius doleam summe cupit. **Q**uicquid breuit crudeliter potest super me excogitat ut sic moriar huic mundo. hec enim gloria sua: videtur mihi. scilicet posse inferre iniuriam: contumeliā: penas: flagella: et quicquid vilissimum aut grauissimum dici potest: sicque me afflictam et desolatam in mea continua miseria dereliquit. Ipsa vero vult semper cum tuo dilectissimo filio commorari a se me suam fidelem sociam procul pellens. Nunc enim cum tuo filio apparet parua in presepe vagiendo: nunc vero secum virginis matris eius brachijs amplectatur: virginis humeris deportatur: lacte virginis confortatur: nunc secum sinit et bibit: nunc secum esurit et cibatur: nunc secum fatigatur et quiescit: nunc secum repletur tristitia et letatur. **S**ed quid plus cum tuo tam nobili et amantissimo filio vigilat tota die: et de nocte vero dormiens secum dulciter in suo cubiculo requiescit. Et non veretur nocte sibi tanquam propria et dilecta sponsa sue celule ianuam aperire: et ille tanquam sponsus ad eam ingreditur leto vultu. Tunc ipsa strictis et castis amplexibus mox eam recipit gaudiose et mellifluis osculis ac ineffabilibus et incredibilibus delectationibus eo continue et dulciter fruitur tota nocte. Nunc tandem: secum traditur: venditur capis et ligatur: nunc secum ducitur: presentatur: accusatur maledicatur: blasphematur: nunc secum oculis vellatur: colaphis ceditur: palmis percutitur: flagellis atteritur: vestibibus suis crucifixa in saeculum conpuitur: contumelijs afficitur:

**P**ortis inferorum contractis: et maligno serpente exspoliatis principatus et potestates traduxit confidenter pallam triumphans illos in semetipso. Tunc extractus est **Le**uiathan homo impius pro christi perfocata maxilla: ut qui nihil iuris habebat in capite quod inuasit: etiam illud perderet quod habere videbat in corpore. Tunc uerus **S**anson moriens hostilem prostrauit exercitum. Tunc agnus sine macula in sanguine testamenti sui de lacu in quo non erat aqua uictos eduxit.

**C** Iesus surgens beatus.

**H**abitantibus in regione umbrę mortis diu noue lucis expectata claritas radiauit sacre quietis domini in sepulchro illucescente trino die: qui in reuolutione dierum est octauus: et primus: dei uirtus et sapientia christus mortuus prostrato auctore etiam ipsam mortem deuicit eternitatisque aditum nobis aperuit dum sese a mortuis diuina potentia suscitauit: ut notas nobis faceret uias uite. Tunc terremotus factus est magnus et angelus domini in uestibus albis et candidis: et aspectu fulgureo descendit de caelo pijs apparens blandus impijsque seuerus: propter quod et proteruos perterruit milites: et confortauit pauidas mulieres: quibus et ipse dominus resurgens primum apparuit: quod hoc deuotionis intense merebatur affectus. Deinde uisus est petro: dehinc discipulis euntibus in emaus: dehinc omnibus apostolis absque **T**homa: dehinc thome palpandum se prebuit: quum ille fideliter exclamauit: dominus meus et deus meus: sicque per dies .xl. multiformiter apparens discipulis et edens cum eis: et argumentis nos illuminauit ad fidem et promissis erexit ad spem



ut sic tandem donis celitus datus accēderet ad amorē: et armaret ad fortitudinē per gemine stolle decorē: precipuum in ipso monstratum tanq̄ in principe regum et primogenito mortuorum.

**C** Jesus doctor precipuus.

Sane flos ille pulcherim⁹ de radice iesse qui in incarnatione floruit: in passione defloruit: sic in resurrectione resloruit. Nam corpus illud gloriosissimū: subtile: agile et imortale tante claritatis superuestitū: ē gloria: ut vere sit sole fulgentius exēplarē pre ferens pulchritudinē suscitandorum corporum humanorū: de quibus ipse saluator ait. Tunc fulgebunt iusti sicut sol in regno patris. scilicet beatitudinis sempiternae. Quid si quibet iust⁹ fulgebit sicut sol: quāti putas eē fulgoris ipsum solē iustitiae. Tanti inq̄ est ut vere sit speciosior sole: et super oēm stellarum dispositionē luci comparatus et fulgeat et vigeat in eternū. Lūctos sui participes fulgentes et vigentes efficiat: ac pro victoria merito glorioso potiri regno concedat. Felices illi oculi: qui viderunt: sed et tu beat⁹ eris: si fuerint reliquie seminis tui ad vidēdū tam interius q̄ exterius claritatem illā desideratissimam ierusalem celestis.

**C** Jesus orbi prelatus.

**C** Apparens quoq̄ dominus in galilea discipulis: oēm sibi potestatem: taz celi q̄ terre asseruit a patre collatam propter qd̄ et discipulos misit in mundum vniuersum predicare euangeliū omni creature salutē promittendo credentibus: damnationē cōminando incredulis cooperante domino: et sequentibus signis sermonem confirmādo: ut in virtute nois iesu christi imperarent oibus creaturis et moribus: vereq̄ cōstaret seculo toti: qd̄ magni patris fili⁹ xps iesus tanq̄ alter ioseph verusq̄ saluator viuit et dñat nō solum in tota terra egypti verū etiam in omni loco dominationis regni eterni. Eductus quidē ad imperiū dei celi de carcere mortis et inferno: et atton-

sus immortalitāq̄ comā: mutata veste carnis i immortalitatis decorē. Et tanq̄ verus moyses de aquis mortis assumptus pharaonis superauit imperiū. Tanto sublimatus honore: ut in noie eius oē genu flectat: celestium terrestrium et infernoꝝ: et ois lingua confiteatur qd̄ dñs noster iesus christus in gloria est deip atriis.

**C** Ramus decim⁹ ascensionis sublimitas  
Fructus decim⁹. Jesus spōsus ornatus.

**V** Estitit siquidē spolijs: que triumphando de egypto eduxerat ergastuloꝝ infernaliū tenebrarū. xl. post resurrectionē suam peractis diebus nō sine magni designatione misterij: in ipso q̄dragesimo die cōuescens cū filijs eosq̄ consolans per repositionē in montē oliueti conscendit. Et inde videntibus illis eleuatis manibus ferebatur in celū nubeq̄ interposita que ascendentem excepit humanisq̄ se occultauit aspectibus.

**C** Jesus ducto: exercitus.

**C** Sicq̄ ascēdens in altū captiuā duxit captiuitatem: et celi aperta iam porta pādēs iter sequentibus: exules iuduxit in regnū conciuēs illos faciēs angelorū et domesticos dei. Quatenus et ruinas restauraret angelicas et eterni patris cumularēt honorem et se triūphatorē ostenderet et dñm exercitiū eē: probaret: sicq̄ illud cantaret ppheticū canticū. Gaudēs gaudebo in domino: et exultauit anima mea in deo meo: qd̄ induit me vestimento salutis et indumētō iustitiae circūdedit me. Quasi sponsum decoratum corona: et quasi sponsam ornatam montibus suis.

**C** Jesus celo leuatus.

**P**fallentibus tanq̄ angelis et exultantibus sanctis: deus et dominus angelorum et hominum super celos celorum conscendit: et super ventorū pennas mira potestatis agili



tate volavit: sed et ad dexteram patris: tāto melior: angelis effectus: quanto differētius p̄ illis nomē sortitus est. Ibiq; iugiter vultui benignissimi patris apparet ad interpellandum p̄ nobis. Talis enim debebat nobis vt esset pontifex sanctus innocens: ipolutus: segregatus a peccatoribus: et excelsior: celis factus. Qui in dextera maiestatis assistens vultu paterne glorie vulnerū que pro nobis obtulit cicatrices ostēderet. Gratias tibi referat domine iesu ch̄riste oīs lingua super inenarrabili dono affluentissime charitatis tue. Qui vnico filio cordis tui non peperisti sed cum pro nobis omnibus tradidisti in mortem: vt tantū tanq; fidelem coram te aduocatū haberemus in celis tam desiderabilē sponsū tanq; liberalem tuorum carissimum largitorem. **Iesus largitor: spiritus.**

**S**eptem igitur septimanis dierum a resurrectione decursis quinquagesimo. s. die congregatis. s. in vnū discipulis cū mulieribus et **M**aria matre iesu factus est repente de celo sonus aduentus spiritus vehementis: qui et supra centū vtginti hominum turbas descendit et apparuit in linguis igneis: pro eo q; oī verbum: intellectui lucēs: et affectui ministrat ardoem. Et repleti sunt omnes spiritu sancto: et ceperunt loqui varijs linguis s̄m eiusdem sancti spiritus impetum: qui eos omnem veritates edocuit: ad omnium dilectionem accēdit et in omni eos virtute firmavit. Nam et ipsius adiuti gratia: illustrati doctrina: et confortati potentia: cui pauci essent et simplices: partib; verbis ignitis: parū perfectis: exemplis: partim mirandis prodigijs per totū mundū plātabunt ecclesiam suo sanguine. Que eiusdem sancti spūs virtute purgata: illuminata atq; perfecta amabilis facta est sponso: eiusq; par animphis: vt speciosa nimis miraq; varietate circūdata: satane quoq; et angelis eius terribilis vt castrorum acies ordinata.

### **I**esus laxans reatus.

**I**n hac siquidem sancta ecclesia per orbē vniversum sancto spiritu mirabiliter operante multiformiter distincta et vniformiter coniuncta tanq; vni nexa capiti: vniq; spōso copulata vnus p̄sident pontifex ch̄ristus s. summus hierarcha: qui mirō ordine istar ciuitatis superne dispensat in ea dignitatum officia distribuens carismatū dona. Nam quosdam dedit in ea apostolos: quosdam euangelistas: alios prophetas: quosdā vero pastores et doctores ad conuersionem sanctorum et edificationem corporis ch̄risti. qui etiam secundū gratiam sancti spiritus septiformis septem dedit sacramenta q̄si septem medicamenta membrorum: per quorum administrationem etiam gratiam sanctificantem tribuit et peccata dimittit: que nunq; nisi in fide et veritate eiusdem sancte matris ecclesie relaxantur. Et quoniam in igne tribulationis peccata purgant: iō sicut caput ecclesie ch̄ristum exposuit deus fletibus passionum sic et corpus eius. s. ecclesia suā vsq; in finē seculi ad purgationē et p̄bationē tribulari p̄mittit: sic p̄iarches sic p̄p̄be: sic oēs quotquot placuerūt deo p̄ multas tribulationes transire fideles: sic et omnia membra ch̄risti electa vsq; in diē iudicij transibunt: vt exhibeat sibi gloriosam ecclesiam tanq; sponsam speciosissimā nō habentē maculam neq; rugam. Felix anima que istiusmodi sponse p̄cualet contemplari decorem: et cum illo amico sponse veraciter dicere. **V**idi ciuitatem sanctam hierusalem nouam descendētē de celo a deo paratam sicut sponsam ornata viro suo. **B**eatū profecto me reputo si fuerint reliquie seminis mei ad videndum sponse huius prenobilis admirabilem claritatem.

**R**amus vndecimus. Equitas iudicij. Fructus vndecimus. **I**esus iudex rectissimus.



**O**ro futuri iudicij tempore quo  
 p<sup>r</sup> oculis cordis reuelabit occulta  
 p<sup>r</sup>ecedet ignis ante faciem iudi-  
 cis. Angeli cum tuba mittent.  
 Congregabuntur electi a quatuor v<sup>e</sup>tis ce-  
 li. Omnes quoq; qui in monumentis sunt  
 diuine iustionis virtute resurgent: cunctiq;  
 astabunt ante illud iudiciale tribunal.

**I**esus testis veridicus.  
**T**unc illuminabuntur abscondita tene-  
 brarū. Tunc reuelabunt consilia. Tunc li-  
 bri conscientiarū pandent: et ipse liber ape-  
 rietur: qui dicitur liber vite. Quo fiet vt si-  
 mul et in instanti omnia secreta omnibus  
 tanta certitudinis claritate pateant: q; con-  
 tra testimonium veritatis loquentis in xpo  
 et conscientie cuiuslibet pariter contestatis  
 nulla pro: sus inficiendi defendendiq; vel  
 excusandi: seu subterfugendi appreat semi-  
 ta quin recipiat vnusquisq; s<sup>u</sup>m opera sua.  
 Magna igitur vindicta est nobis indicta  
 necessitas probitatis: cū ante oculos mala  
 agimus iudicis cūcta cernentis.

**I**esus iudex iratus.  
**A**pparente quoq; omnipotentis dei fi-  
 lij signo in nubibus virtutibusq; celozū cō-  
 motis: sed et ad horū confractionem mon-  
 dialiū concurrentibus ignibus: collectisq;  
 iustis ad dexteram: impijs ad sinistra adeo  
 rex vniuersozū reprobis iratus videbit:  
 vt dicant montibus et petris: cadite super  
 nos et abscondite a facie sedentis sup thro-  
 num et ab ira agni. Induet enim pro torace  
 iustitiam: et accipiet pro galea iudicij cer-  
 tum. Sumet scutū inexpugnabile equita-  
 tem: acuet autem diram iram in lanceam et  
 pugnabit cum eo orbis terrarum contra in-  
 sensatos: vt qui contra auctorem omnium  
 procaciter impugnaverunt: iusto tūc dei iu-  
 dicio ab omnibus impugnabuntur. Tunc  
 superius iudex apparabit iratus. Inferius  
 horrendum chaos: patens infernus: a de-  
 xtris peccata accusantia: a sinistris infinita

demonia. Peccator sic comprehensus quo  
 fugiet certe latere ei erit impossibile: ap-  
 parere intollerabile. Si enim vix iustus sal-  
 uabit. Impius et peccator vbi apparebūt.  
 Non ergo intres in iudicio cum seruo tuo  
 domine. **I**esus victor magnificus.

**L**ata de hinc sententia damnationis in  
 reprobos q; flāmis punientur eternis col-  
 ligatisq; ad modū fastis inimicis altissimi  
 quatenus dei virtus perpetue illos expo-  
 nat tam carne q; spiritu voracitati flā-  
 marū vt nunq; deficiant: et tamen vrantur  
 et sitiant in eternum: et fumus tormentozū  
 eozū ascendat in secula seculozū. Tunc  
 bestia et pseudo prophete et qui acceperūt  
 eius imaginem in stagnum mittentur ignis  
 et sulphuris: qui paratus est diabolo et an-  
 gelis eius. Tunc egredientur electi ad occi-  
 sorum considerata cadavera mortua qui  
 dem non natura sed pena. Tunc lauabunt  
 iusti manus in sanguine peccatorum. Tūc  
 deniq; victoriosissimus agnus inimicos su-  
 os ponet sub scabellū pedū suozū: quan-  
 do ingredientur impij in interiora traden-  
 tur in manus gladij partes vulpium erunt  
 scilicet demonum qui suis eos fraudulentis  
 seduxerunt.]

**I**esus sponsus ornatus.  
**D**eniq; mundi facie innouata in meli-  
 us cum lux lune erit sicut solis: et lux solis  
 septēpliciter sicut lux septem dierum. Ciui-  
 tas illa sancta hierusalem: que de celo tanq;  
 sponsa ornata descenderat: iam nunc pre-  
 parata ad nuptias agni: gemina quoq; stel-  
 la vestita in celestis curie traductur palati-  
 um. Et in sacrum illum archanumq; thala-  
 mum introducta tanto agno illi celesti co-  
 pulabitur federe: vt vnus fiant sponsus et  
 sponsa: vestitusq; christus omni pulchritu-  
 dine electozū tanq; tunica polimita: in qua  
 omni decore ornatus refulgeat tanquam  
 opertus omni lapide precioso. Tunc il-  
 lud resonabit epithalamiū: et p<sup>r</sup> oēs vicos



hierusalé. Alleluia cantabitur. Tūc omnes virgines prudentes. ⁊ parate introibunt cum sponso ad nuptias: ⁊ ianua clausa in pacis pulchritudine sedeat in tabernaculis fiducia: ⁊ requie opulenta.

**¶** Ramus duodecimus. Eternitas regni. Fructus. xij. Iesus finis optatis.

Inem nāq; desiderioꝝ omniū  
 ¶ stat esse beatitudinē que stat  
 ¶ est oīum aggregatione pfecta.  
 Ad quē quidē statū nullus per  
 uenit nisi per vltimā resolutio-

nem in eū: qui est fons ⁊ origo bonoꝝ omniū: tam naturaliu q̄ spūaliū: tam temporalium q̄ eternoꝝ ⁊ h̄ est: q̄ de seip̄o dicit. Ego sum alpha: ⁊ omega: principium ⁊ finis. Quia sicut per verbū eternaliter genitum omnia producuntur sic per v̄bus carni vnitū repantur pmouent: ⁊ fruunt.

**¶** Iesus rex regis filius.

**¶** Ac per hoc vere deus est Iesus: cuius non est aliud nomē sub celo datus hoibus in quo quis possit obtinere salutē. Sane regnū illud eternū iudicari iuxta regnātis celsitudine gloriosum: ⁊ nobile pro eo qd̄ n̄ rex a regno: sed a rege regnū trahit originem. Sic autē est rex qui h̄s i vestimento ⁊ infemore eius scriptū. Rex regnū ⁊ dominus dñantiū: cui⁹ potestas eterna: que nō auferet ⁊ cuius regnū non corūpetur: cui omnes tribus ⁊ lingue ⁊ populi seruiēt in eternū. Et est vere rex pacificus cui⁹ vultū desiderat celū ⁊ terra. Q̄z gloriosum est huiusmodi excellentissimi regis regnum in quo cū x̄ps regnāt oēs sancti cuius lex veritas: pax caritas: vita: eternitas. Quod nec in regnantū pluralitate diuiditur: nec participatiōe minuit: nec numerositate cōfundit: nec inequalitate deordinat: nec circūscribit loco: nec variat motibus: nec tēpore mensuratur.

**¶** Iesus liber signatus.

**¶** Ad regni dei gloriā pfectā nō solum requiritur potestas excellens verū etiā sapiētia fulgens vt nō s̄m indeterminate voluntatis arbitrium disponant gubernacula regni: s̄ h̄s fulgorē eternoꝝ legū a luce sapiētie indecepte manantiū. Et hec quidē sapiētia scriptū in x̄po Iesu tanq̄ in libro vite in quo thesauros oēs sapiētie ⁊ scientie recōdit deus pater: ac p̄ hoc vnigenitū dei v̄nū verbū increatū est sapiētie liber et lux in mēte sūmi artificis pulchra vinētib⁹ rōnibus eternis vt verbū inspiratū in intellectibus angelicis atq; beatis: vt verbū ēt incarnatū in rōnalibus mentibus carni vnitis: vt sic multiformis sapia dei ex ipso ⁊ in ipso per totū regnū resulgeat. Et tanq̄ aspectu decoꝝ oīum sp̄eꝝ ⁊ sūmū p̄tino ⁊ tāq̄ in libroꝝ quo s̄m profunda dei: oīa mysteria p̄scribuntur. Si talē libꝛū iuenire possem: cuius origo eterna: cuius incorruptibilis essentia: cui⁹ cognitio vita: cuius scriptura indebilis: cuius inscriptio desiderabilis cuius doctrina facilis: cuius scia dulcis: cuius p̄funditas in p̄scrutabilis: cuius inumerabilia est v̄nū n̄m verbū: vere qui hunc iuenit: inuenit sibi vitam ⁊ hauriet salutem a domino.

**¶** Iesus fontalis radius.

**¶** In h̄ qdē eterno data oīa optia ⁊ dona pfecta apre in affluētia descēdūt ⁊ copia p̄ illū qui est sup̄ essentialis radi⁹ x̄ps iesus. Qui cū sit vnus oīa p̄t ⁊ in se permanēs oīa inouat. Est. n. emanatio quedā caritatē virtutis oīpotentis dei sincera: ⁊ iō nihil in quinquatum in hunc fontalem radium valet incurrere. Adhunc vite fontem ⁊ lumen cum desiderio viuo quecunq; es: o anima deo deuota ⁊ cordis intimi vi ad eum exclama. Si inaccessibilis decoꝝ dei excelsi ⁊ purissima claritas lucis eterne. vita omnē vitā viuificās. Lux oē lumē illuminans: ⁊ obseruās in splēdore p̄petuo mille millena lumina fulgurātia ante thronū deitatis tue ap̄ meo diluculo o etnū ⁊ imarcessibile



clarū & dulce profuiū fontis absconditi ab oculis omnium mortalium: cuius profundū sine fundo: cuius altitudo sine termino: cuius amplitudo incircūscriptibilis: cuius puritas imperturbabilis: ex quo procedit flumen olei letitiae: quod letificat ciuitatem dei: & torrens igne vigoris. Torrens namque voluptatis diuine: quo letabunda ebrietate potant celestes illi ciues & comune himno incessabiliter inbiant: hoc nos oleo sacro perunge: huiusque torrentis desiderabilibus guttis sitibundas refocilla fauces arenarum cordium ut in voce exultationis & confessionis decantemus tibi laudis canticum experientia: teste probante. **Am̄** apud te est fons vite: & in lumine tuo videbimus lumen.

**C** Jesus finis optatus.

**C** In te igitur sine omnium credens sperans & amans ex toto corde: ex tota mente: ex tota anima: ex omni virtute ferar desiderare iesu: quia tu solus sufficis & solus saluas: tu solus bonus & suavis es querentibus te: & diligentibus nomen tuum. Tu mi bone iesu redemptor es perditorum saluator: redemptorum: spes exulum: laborantium fortitudo: anxiorum spirituum dulce solatium triumphantium: corona: & imperiale fastigium: unica spes & letitia omnium cuius supernorum iudicata proles summi dei & fructus sublimis uirginis ueritatis ueritatisque fons omnium gratiarum: de cuius plenitudine nos omnes accepimus. **O**ramus igitur clementissimum patrem per te unigenitum eius pro nobis hominibus factum crucifixum & glorificatum: ut de thesauris suis emittat in nos spiritum gratie septiformis qui super te in omni plenitudine requieuit: spiritum inquam sapientie quo fructum ligni uite duodecimorum saporibus uinificos degustemus. **B**onum intelligentie: quo mens nostra congruenter illustretur. **B**onum consilij quo postuorū uestigia gressuum rectarum semitarum itineribus incedamus. **B**onum fortitudinis quo impugnantium hostium uolentias enervare possimus. **B**onum scientie quo sacre tue doctri-

ne repleamur fulgoribus ad discretionem boni & mali. **B**onum pietatis: quo induamur misericordie uiscera. **B**onum timoris quo recedentes ab omni malo eterne maiestatis tue reuerentiali pondere tranquemur. **H**ec enim nos domine iesu in illa sacra qua nos docuisti oratione petere uoluisti. **H**ec nunc per crucem tuam petimus obtinere. **A**d laudem & gloriam sanctissimi nominis tui: cui cum patre & spiritu sancto omnis sit honor: & gloria gratiarum actio: decus & imperium per infinita seculorum secula. **Am̄.**

**C** Incipit tractatus qui speculum anime dicitur editus a sancto Bonaventura ordinis minorum.

**A**rbor: mala fructus malos facit. **Ab**at. vij. s3 glosam interlinealem ibidem. **A** mala arbor mala uoluntas est ex qua secundum aliam glosam fructus male operationis procedit: **H**uius arboris folia mala uerba sunt secundum glosam in principio psalmiste super illud. **E**t folium eius non defluet. **P**er folia enim uerba signantur folia siquidem uanitatem & fluxibilitatem habent quod est de natura uerborum. **H**uius arboris rami sunt affectiones diuersae: quae ex uoluntate procedunt: & secundum eius conditionem pensantur. **S**i enim uoluntas mala est: ramis suis suam corruptionem imittit sicut illud ad **R**o. xi. **S**i radix sancta & rami. **T**runcus autem istius arboris est uoluntatis consensus: quoniam sicut radix ramos suos nisi mediante trunco non potest expandere: sic nec radix male uoluntatis ramos uitorum non potest emittere nisi mediante consensu. **S**iquidem secundum **B**ea. suggestionem: delectationem & consensu peccatum perficitur. **T**Ra



dix autem istius arboris sicut apud Timotheum. vj. est cupiditas. Licet autem radix arbori prestet originem. tamen a fructu incipimus: per folia et ramos et truncum descendentes per ordinem ad radicem: ut iterum incipientes ab ipsa qualiter procedant ascendendo monstremus. Sciendum igitur quod hec radix: que cupiditas vel concupiscentia nominatur sicut Bedam ex corruptione seminis transfusa per primos parietes ad posterum habet ortum. Sicut autem materialis radix humorem trahit et germinat: sic radix concupiscentie sicut Gregorium ab imaginatione suggesta ab extrinseco sumit naturam: qua mediante germinat: cum delectatio ex imaginatione procedat. Tunc autem emittit virus: cum ex delectatione consensus oritur: quod sicut Augustinus est duplex consensus. scilicet in delectatione et ope. Cum enim ex imaginatione et delectatione morosa cum aduersione periculi consensus in delectationem sequitur: etiam si opere non complendum decernat mortale est. Et propter hoc sicut Augustinum totus homo damnabitur: sicut iste progressus peccati: qui dicitur esse potissime in peccato carnali locum habeat et manifestus ibidem appareat: tamen et in omnibus alijs mortalibus locum habet. Si enim quodcumque peccatum mortale mente per cogitationem tenueris: et delectationem consensus in ipsum sequatur: absque consensu in opus si facultas adesset: nihilominus est mortale: ut autem de radice ista plenior notitiam habeamus: et quomodo ex ipsa fructus male operationis procedat quadruplicem actuum differentiam assignamus. Sunt enim quidam actus: qui de natura sui bonum dicunt. Sunt alij qui quantum de natura sui esse indifferentiam habent: nec boni nec mali in genere moris dicuntur: ut leuare festucam et huiusmodi. Sunt alij qui de natura sui malum dicunt: et tamen aliqua de causa vel sine bonitatem moris sortiri possunt ut occidere hominem: quod quidem exister-

te iustitia bonum fieri potest: licet de sub genere malum dicat. Sunt autem sicut Augustinum alij: qui ita habent deformitates annexas: quod nullo bono fine vel intentione possunt fieri nec facientem excusare: ut fornicari vel iniustitiam facere: vel adulterium committere: et huiusmodi. Hoc igitur circa istam materiam est sciendum quod secundum Ambrosium. Affectus nomen operi imponit: et ex intentione opera iudicantur. Quod quidem de duobus primis generibus actuum intelligit Augustinus. scilicet quando bonum est vel in differens. Si enim aliquis intentione inanis glorie pascat pauperem: vel ex contemptu festucam erigat ex mala intentione procedit et rationes radices sortitur. ¶ In alio autem genere actuum sola iusta intentio opus bonum facere potest. In quarto autem genere actuum nulla intentio vel finis potest facere bonum actum. Quacumque enim intentione quis fornicationem vel actum adulterij committat nullatenus excusatur. ¶ Hoc etiam circa istam arboris est sciendum quod truncus istius arboris: rami: et fructus cum foliis ex quibusdam circumstantijs quantitatem assumunt: sicut materialis arbor ex sterquilini et corruptionis iniectione in fructibus et alijs recipit incrementum sicut quod dicit colonus ille. Luc. xij. Hec autem circumstantie hoc versiculo continentur: videlicet: Quo quis: ubi: cum quo: quotiens: cur: quomodo: quando. Quo motu supple. Utrum ex tentatione graui vel leui: vel nulla: si malitia vel infirmitate vel ignorantia. Quis: persona prelati vel ordinatus clericus vel alius vel alij in exemplum positus religiosus vel huiusmodi in quibus peccatum aggravari potest ratione persone: ubi: si in loco sacro vel communi ita quod malum possit esse alijs in exemplum. Cum quo si multos ad simile malum traxit etc. Quotiens: si habuit in consuetudine. Cur. scilicet quo fine vel intentione: sicut enim malum facere bona intentione non excuset a toto: tamen excusat a tanto. Simili-



ter autem et peruersa intentione aggravat peccatum. Quomodo si forte modum nouum modum effrenatum peccati inuenit. Quando ut si forte tempus sacrum vel orationi deputatum in peccato expendit. Sunt autem alie circūstantie que specialem specie dant peccato: ut cognoscere uxorem alterius et similia: que nullatenus a confitente omitti debent: et plenius in arboris prosecutione patebunt. Ad autem ut iam lupradictum est: secundum apostolum. Rami et fructus ex radice pensantur satis de facili potest quisque perpendere: si peccatum eius radicem mortalem habeat: et ponitur in exemplum. Videre enim mulierem de se non habet rationem peccati nec tangere: et tamen si de radice luxurie procedat directe: cuius malus habitus latet interius est mortale. Quando autem radix rationem mortalem habeat in prosecutione et formatione arboris poterit plenius pertractari. Hoc autem addo quod illud mortale de suo genere dicitur: quod directe est contra deum vel proximum: directe autem dico: quod sicut in materiali arbore ex trunco vel ramis: quedam pululationes in directe procedunt quas adulterinas vocamus ita ex radice male voluntatis: quam concupiscentiam nominamus: multa semina procedunt: que directe contra deum vel proximum non faciunt: sed aequaliter indirecte et talia venialia nuncupantur: unde etiam aduertendum: quod multa talia ponuntur in formatione istius arboris: que licet in se et in suo genere mortalia non dicantur: tamen ad suam radicem relata et eidem coniuncta possunt habere rationem immortalem: licet autem coniugat interdum a vno opus et idem ex diuersis trahat originem: ut percutere ex superbia et inuidia et ira potest procedere: tamen idem actus in arbore nullatenus iteratur. Sed vere penitens arboris inspector diligenter aduertat: quibus ex caulis et radicibus actus ille inueniatur in ipso digna etiam deliberatione conside-

ret progressum peccati: quomodo radix concupiscentie germinauerit in ipso: et constantijs: de quibus superius est expressum. Et si de fructu vel folijs: vel ramis arboris se comedisse aduertat per confessionem euomat ut aie recuperet sanitatem. Hec enim arbor de cuius fructu mortifero protoplasti parentes contra preceptum summi medici gustauerunt et mortem experti sunt: quam ad posterum transmiserunt. Et hec est arbor que habet testimonium Iohannis excidit et in ignem mittet. Adat. iij. His ergo prelibatis arbor est imaginaria describam: in cuius radice sit illa apostoli auctoritas. Radix omnium malorum cupiditas. Truncus autem istius arboris taliter describam: quod ab imaginatione incipiat et in delectatione morosa cum aduersione periculi sit eius medium: et in consensu triplici terminet. scilicet in consensu: indelectationem: et in ope secundum quod progressus peccati superius est expressus. Quod autem omne peccatum: vel cogitatione vel locutione vel ope perpetratur: et sicut supra probatum est in ramo mala voluntas significat. In verbo autem folium: fructus in opere. Iam omnia peccata que in progressu occurrunt: que ad cogitationem pertinent per modum rami: que vero ad locutionem per modum foliorum: que autem ad opus per modum fructuum in arbore describantur. Sed hos ramos fructus et folia describam: huius arboris. Significat habet Iohannis testimonium tres rami principales ex radice concupiscentie procedunt: quoniam omne quod est in mundo: aut est concupiscentia carnis: aut concupiscentia oculorum: aut superbia vite: que concupiscentia honoris nominatur. Et de his vltimo primo est dicendum tanquam de grossic: i: et a quo plures rami boni fructu. folijs mortiferis oriuntur et primo de superbia.

#### De primo principali ramo. scilicet superbia.

h Igitur ramus: qui superbia nominatur in genere suo mortale peccatum dicitur: quoniam directe est contra deum



e eius reuerentiam. **Quis**. s. creatura vltra qđ a factore accepit extollitur & quasi vsurpare p̄sumit. **Uñ** & **Gre.** xxxiiij. moralium. Evidentissimum signum reproborum: est superbia. **Per** hoc patet qđ illa superbia est mortalis qua quis se vltra merita extollere appetit & se meliorib⁹ antepōnit: & hoc si ex deliberatione procedat. Sicut enim alia peccata carnalia motus habēt qui p̄ueniunt rationē: quibus rō non consentit: sic & superbie motus qđ plurimi in homine rationem p̄ueniūt: quos ratio aduertens reprimit vel saltem non consentit. **Hic** autem ramus superbie tres p̄ceptue ramos habet. s. p̄sumptionem: contēptum & inanem gloriam.

**De primo ramo superbie. s. p̄sumptio.**

**P**̄sumptio in hoc cōsistit p̄cipue: qđ homo p̄sumit gratiā se habere: vel ex se vel pro meritis suis vel falso vel plus alijs vnde versus. **Ex** se pro meritis falso plus oibus inflat. **Et** s̄m hoc p̄sumptio quatuor ramos habet s̄m **Gre.** moralium. **Hi** autē rami cum suis fructibus & folijs hñt rationē mortalem eo modo: quo de superbia est p̄dictum. **Ex** hoc autem vltimo ramo. s. plus omnib⁹: duplex ram⁹ oritur. **Hoc** enim in gratis sicut in virtutibus vel in gratis datis. s. in gratijs exterioribus pōt intelligi. **Ex** quoz ramozū medio oritur clatio cordis inordinata: & confidentia de se & inepta audacia. **Ex** ramo autem: qui est p̄sumptio de bonis gratis oritur foliū diuine tentationis & fructus discriminis. **Appellatur** dei tentatio: quando quis experimentū diuine potentie querit: vt sicut petere absq; necessitate. **Discrimen** autem dicitur quando quis se exponit periculo in sola diuina virtute confidens: contempto humano adiutorio absq; necessitate fidei vel ecclesie; & habet rationem mortalem: vnde

dicitur **deut.** onō. vj. **Non** tentabis dominum deum tuū. dicit **glo.** **Deum** tentat qui habēs quod faciat sine rōne se committit periculo.

**Ecū** ramus superbie ē cōtēptus: eo enim quo quis alios se p̄sumit supergredi deū cōtempnit & hominē: & s̄m hoc hic ramus in duos diuiditur: vj in contēptū dei & proximi: qui plane habēt rōnem mortalem: qđ contra charitatem dei & proximi sunt directe. **Ex** ramozū istozū medio procedit ramus inobedientie per quā a potestate alterius & subiunctione se eximit: nulli volens subesse. **Ex** primo autem ramo: qui est contempner e proximū: procedunt isti fructus. s. se a societate & verbo subtrahere & gestu indignationem vel contēptū ostendere: folia etiam ex ipso procedunt: que sunt verborū indignatio: irreuerentia in verbo: que omnia sunt contra charitatem ad proximū & mortalia sunt: s̄m qđ ex superbia & contēptu nascunt. **Est** autem erronea alterius detestatio per contrariū **Derisio** autem & sublanatio differunt qđ derisio fit in voce: sed sublanatio fit in gestu: vel trahendo linguam vel faciendo nugā & similia: irreuerentia autem in modo loquendi. **Cū** hoc autē folio ē irreuerentia in facto: ex quoz medio procedūt isti fructus. s. irreuerentia facta parentibus: p̄cipib⁹: maiorib⁹: seniorib⁹: p̄rib⁹ spūalib⁹ & sanctis viris: locis & rebus sacris & temporibus: vt in violatione festozū contingit & p̄cipue sacramentis: maxime sacramento altaris. **Qui** enim excōmunicat⁹ vel suspensus: vel interdictus: vel in mortali peccato solēniter ecclesiam officiat: vel sacramētū administrat: vel recipit in mortali vlt irregularis: vel inconfessus post mortales cū copia sacerdotis celebrat: vel notorius peccator: officium correctionis exercet vel excōmunicato scienter participat in diuinis est hoc scienter faciat & gnarus iuris existat:



irreuerentiam diuinis exhibet et mortali-  
ter peccat. Hoc etiam sciendum est: quod ex-  
communicati vel interdicti: qui se ingerunt  
diuinis: si hoc scienter faciant contra pre-  
ceptum ecclesie mortaliter peccant. Alia  
etiam supraposita rationem mortalis pec-  
cati habere possunt. scilicet quod ex ramo contem-  
ptus procedunt. Secundus ramus: qui ex  
contemptu dei et proximi oritur est in sup-  
bia que quidem respectu dei manifeste mor-  
tale est respectu etiam maioribus quibus obe-  
dire debemus: siue parentibus: siue prela-  
tis rationem mortales habet: si precipiant  
licita et honesta. Unde ad Ro. xiiij. dicit  
apostolus. Qui potestati resistit dei ordina-  
tioni resistit. Et ad Ro. i. parentibus non  
obedire ab apostolo inter mortalia computan-  
tur. Ex medio autem ramorum inobediencie re-  
spectu dei et proximi procedit ramus im-  
patientie sicut bipartitus contra deum et proximum:  
et ista quidem impatientia ex inobediencia  
oriri dicitur. Quia cum a superiori aliquid fa-  
ciendum imponitur quod peruerse displicet  
voluntati in ipsa impatientia excitatur: quod  
nihil aliud est quam immoderata animi perturbatio  
ex dicto vel facto alterius quod personam ip-  
sius tangit et in quo se reputat grauari. Unde  
hoc laborat vitio qui infirmitates: vel in-  
fortuniis: vel onus impositum non sustinet  
patienter: et hinc rationem mortalis cum usque  
ad odium dei et proximi se extendit. Et scilicet  
hoc ex hoc ramo in patientie procedit ali-  
ud. scilicet odium dei: qui in se odio haberi non  
possit: nisi in effectibus suis odiri potest. Ex hoc  
ramo folium blasphemie et murmuris nasci-  
tur et manifeste rationem hinc mortalis. Ex ra-  
mo autem impatientie ad prelatum oritur et  
murmuratio folium. scilicet vento supbie agita-  
tum. Est autem murmuratio iniusta quere-  
la contra superiores latent multorum auribus  
inculcata: et hinc rationem mortalis. scilicet quod ad  
alterius diffamationem anbellat. Cum hinc autem  
olio est fructus obstinationis et pertinacie. Est autem  
pertinacia pseuerantia in malo proposito con-

tra voluntatem superiorum. **C** Ex qua oritur  
folium rebellionis apte et fructum trans-  
gressionis secum habet que omnia habet ra-  
tionem mortalis scilicet quod ex inobediencia ori-  
untur. **C** Cum fructu autem transgressionis  
sunt excommunicationis interdicti et suspensionis  
sine quas sustinere procedit ex inobediencia  
si debite infligantur. **C** Item ex ramo  
inobediencie: ramus infidelitatis procedit hinc  
quam aliquis se ab obedientia romane ec-  
clesie alienat. Et quidem hic ramus in hos  
ramos se diuidit. scilicet in hesitationem dubita-  
tionem: et errorem: et hos fructus habet.  
Heresim. Scisma. Sorilegium et diuina-  
tionis superstitionisque folia que etiam fructus  
apostasie et ydolatrie secum habent. Et de  
singulis quid sit: per ordines exprimamus.  
Est autem hesitatio mentis titillatio contra  
fidem: cum. scilicet intellectus non perfecte consen-  
tit his: que sunt fidei sed dubitat: quod etiam de  
suo genere est mortale. **C** Est autem error: quoniam  
iam tenetur contrarium fidei: siue scienter siue  
ignoranter: hinc tamen multum interest. Qui. n.  
credenda nouit per fidem ecclesie: et tenet  
contrarium peccat mortaliter: qui autem ex  
simplicitate ignorat. si tamen intentionem et vo-  
luntatem habeat generaliter credendi quod  
credit ecclesia nullatenus iudicandum est  
mortale. Si quis ex simplicitate veritates  
videre oculis corporalibus credat: non propter  
hoc contemnendus est: cum paratus sit cre-  
dere quod credit ecclesia indistincte. Unde  
dicit Augustinus. Errare poteris: sed hereticus  
non ero. **C** Est autem heresis obstinata affir-  
matio contra fidem. Scisma autem a scissione  
dictum est. Unde ille scismaticus dicitur: qui ab  
unitate ecclesie se separare intendit: hinc eadem  
sentiat: que tenet ecclesia et fides catholica:  
scilicet Augustinus contra faustum. **C** Sorilegium  
est: cum id quod futurum est inquiritur: et ha-  
bet multas species: que per folia in arbo-  
re designantur. scilicet diuinationes per astra per  
incantationes per demonum consultationes:  
per garrum auis: quod dicitur augurium



per ligaturas nominū: temporū obserua-  
tiones: et somniorum: que omnia prohiben-  
tur ab ecclesia tanq̄ mala: et habent rōnes  
mortalis: q̄ qd̄ soli deo competit attribuit  
creature. ¶ Hoc tamen circa obseruantia  
temporū et orationes: debes aduertere. q̄  
fortunt̄ sortilegij rationem quando. s. cre-  
ditur: q̄ magis valeant ad vnū effectū q̄  
ad aliū. vel quando quis confidat in deter-  
minato orationū numero: vel effectū opta-  
tū: vt qui sic fecerit infalabiliter cōsequi pu-  
tat. ¶ Quid aut̄ sit apostasia: vel a fide vl'  
idolatria plane patet.

¶ Tertius ramus superbie est ina-  
nis gloria: qua quis appetit suā  
excellentiā ostendere: que habet  
rōnes mortalis: inquantū quis  
gloriā sibi appetit: que soli deo  
debet qm̄ ipse fecit nos: et n̄ ipsi nos: vnde  
qui gloria refert in deū: vel sic gloriā affe-  
ctat acquirere. q̄ si ex hoc assequat: offen-  
sam dei nō metuit: mortaliter peccat. vnde  
Aug. in lib. de ci. dei: hoc vitium inimicum ē  
pie fidei si maior i corde sit cupiditas glo-  
rie q̄ dei timor: et amor. Si aut̄ in bono p-  
prio: quis inaniter gloriatur: ita tamē q̄ ibi  
dem non sistat: vel actu vel habitu in deū  
referat: nec vt hoc acq̄reret aliquo modo  
du. n̄ velle offendere nullatenus est iudi-  
candum mortale. Ex hoc inanis glorie ra-  
mo quattuor rami oriuntur. s. Ambitio ho-  
noris fauoris humani appetitus. Confusio  
nis timor: et laudis amor. ¶ Ex primo aut̄  
ramo inanis glorie: qui est ambitio: oritur  
fructus pompe: qui tres fructus h̄z et vnū  
folium. s. faustū in superfluo cōmitatu et ap-  
paratu et fastuoso gestu et affatu: que h̄z mō-  
talia non sint ex suo genere. tamen pro vt  
oriuntur ex ramo superbie mortalia eē pos-  
sunt. ¶ Ex secundo ramo qui est appetit<sup>9</sup>  
humani fauoris est adulationis folium: que  
quandoq̄ mortalis et quandoq̄ venialis.  
¶ Qui enim ad malū alium incitat: malū

factū eius laudādo per adulationē. vel alij  
occasionez prebet: vt in peccato remaneat  
vel vt ultra merita sua efferat: ipsum. s. fal-  
so laudādo in tali adulatio est mortalis. Si  
autēz sola intentione placendi: et dei gratia  
quā in veritate ipsa commendat mortalis  
nullatenus iudicatur. Et hoc Aug. in sermo-  
ne de purgatorio iudicat veniale s̄m igitur  
hoc folium adulationis: in tria diuiditur:  
quia aut adulatio est de bono: habito vel d'  
malo. Item ex ramo appetitus fauoris hu-  
mani. Datur prodigalitat̄ fructus: sit  
enim homo prodigus: vt humanū fauores  
acquirat. Habet autē prodigalitas rōnes  
mortalis s̄m q̄ bona: que in viles et i pau-  
peres fundi debeant: inutiliter expendunt  
personis inhonestis non seruando modū  
vel tempus. Et quidem vitium in personis  
ecclesiasticis: quoz bona vltra sustentatio-  
nem persone et status debent pauperibus  
erogari. ¶ Secundū hoc aut̄ prodigalitas  
quattuor fructus habet: quia nec personā  
cui dat: nec modū: nec tempus cōsiderat: et  
incuriam secūz habet. Est aut̄ incuria. quū  
quis sic curam de bonis suis abijcit: q̄ bo-  
na eius deperunt: que a deo collata sunt:  
vt ex inde sustentent̄ pauperes xpi. Hec  
aut̄ incuria non iudicatur mortalis nisi s̄m  
q̄ ex aliqua radice mortali pcedit. Quis  
enim ex contemptu temporalium procedit.  
tamen semper ad indiscretionē pertinet: et  
ex tanta negligentia procedere pōt. q̄ mor-  
talis esse possit: vt si forte indigentia mani-  
festam viderit: et bona quibus eos iuuare  
posset deperire permittit. Item ex tertio  
ramo inanis glorie: qui est timor cōfusio-  
nis: h̄z procedūt fructus. Adala scilicet ve-  
recundia: et falsa humilitas. ¶ Verecūdia  
autem hos habet fructus secum. s. Erube-  
scentia diuinorū: vt quū quis erubescit vel  
facere missam: vel orare. Item verecūdia  
paupertatis parentū vel pauperū amico-  
rum. ¶ Itē in confessione. s̄m q̄ aliquis  
confessionem dimittit: vel nō confitetur ve-



ritate ppter confusionis timorē. Falsa aut  
humilitas est: cum aliquis seipsum humili-  
at: ne per superbiam minus reputet ab alijs.  
¶ Item ex illo ramo: qui est timor: confu-  
sionis. hec folia oriuntur. videlicet verita-  
tis negatio in iudicio vel extra iudiciū: ve-  
ritatis impugnationis: falsa excusatio: peccati  
defensio. ¶ Ista aut que ad timorem con-  
fusionis pertinet habent rationem mortalis.  
non ex genere sed fm q amor: fauoris hu-  
mani amori diuino pferatur. ¶ Et eligit  
hoc magis contra deū facere qz confusio-  
nem humanā incurrere. Hoc tamen circa  
negationem veritatis in iudicio aduerten-  
dum est. q ex suo genere mortale est: et q  
superiori in iudicio obedire tenemur: et in-  
sticie opponitur. ¶ Si tamē aliquid supe-  
rior: interroget: qd fm iuris ordinē interro-  
gare nō debet: pōt appellari: sed nullo mo-  
do licet mentiri. ¶ Ex quarto ramo inanis  
glorie: qui est amor humane laudis oriuntur  
tres fructus. s. hypocrisis ostentatio. Sin-  
gularitas: et iactantie solū: qd i quatuor ē  
diuisum. Et ut enim est de bono habito vel  
non habito. aut de malo facto vel nō facto  
et de his per ordinē videamus. ¶ Est aut  
hypocrisis fm hysidorū simulatio boni nō  
existentis. vnde est mendaciū in signo. Si-  
cut. n. mendaciū omne: non semper est mor-  
tale: sed quando est indetrimentū proximi  
vel contra veritatē fidei vel morū: sic nec  
hypocrisis semp est mortalis: nisi quādo sit  
intentione decipiendi sub specie bonitatis.  
sicut illi: qui simulant sanctitatē vt bona ec-  
clesie habeant: que habere digni non sunt  
et ecclesiam per suam simulationē decipiūt.  
Quā aut sit intentiōe laudis: tūc deca sic de  
inani gloria iudicandū est sicut superius est  
expressum. ¶ Ostentatio est quando bo-  
nū qd quis habet vel habere se putat exte-  
rius ostendere nititur: vt laudē humanam  
ex inde cōsequat: nec est mortale ex suo ge-  
nere: nisi fm q inanis gloria iudicat morta-

lis. ¶ Singularitas est quum quis vult sin-  
gulariter apparere: et secum habet fructus  
diuersos. fm q in diuersis materijs inue-  
nitur. cum scilicet cōmunia quis nō dignat  
facere vel docere: vel modū singulare in  
factis satagit ostendere. et hoc quādoqz ra-  
tionem mortalem habere dicit fm condi-  
tionem radicis eo modo quo inanis gloria  
que propter hoc intenditur esse mortalis.  
¶ Iactantia qnqz mortalis qnqz venialis.  
Quum. n. quis se iactat de bono qd habet  
vel se habere putat: vt inanem gloriam cō-  
sequatur: tunc iudicandū est de tali iactantia  
sicut de radice ipsius. Quum de bono qd  
nō habet: tunc est ibi mendaciū: et tunc si ta-  
le est mendaciū: qd si contra diuinā reue-  
rentiam: vel proximi caritatē habet rōnem  
mortalis: ptra dei reuerentiam se iactabat  
phariseus luce .xix. velut publicanus.  
Quū at quis de peccato mortali qd nō fecit  
vl qd fecit se iactat mortale ē. quoniā i pec-  
cato facto sibi complacet et vnde confusio-  
nem meruit querit gloriam: si factum suū  
in alios extendit. Item nota q fructus sin-  
gularitatis. qui procedit ex inani gloria vt  
tam supradiximus: non solum per modū  
fructus in opere. sed etiam per modum ra-  
mi debet describi in arbore ad significan-  
dum voluntatem singularem apparendi.  
¶ Ex hoc autem ramo procedit ramus  
inuidie. Sic autem ex voluntate singulari-  
ter apparendi procedit: quia dum quis  
videri singulariter appetit. si aliquem vi-  
det in gratia preminere qui eius offuscet  
gratiam eidem inuidet: et est peccatum mor-  
tale. Est autem inuidia tristitia de bono al-  
terius secundum Dam. Circa qd notatur  
qd hoc: quatuor modis potest contingere:  
vno quidem modo cum quis bonum alte-  
rius sibi esse danosum aduertit: et cum  
quis de promotione inimicorum tristatur:  
et hoc rationem mortalem non habet. Item  
fm q quis bonū videt in alio in quo de-  
ff. ij



fectum patitur: et ex quo dolet non quidem  
quod alius bonum habeat: sed quod ipse non habet et non  
habet rationem peccati. Item alio modo dolet  
quis de bono alterius in quantum ipsum indignum  
videt bonis que habet et hoc etiam non habet  
rationem peccati in bonis temporalibus: que homines  
quodque proficiunt ad ruinam. Alio modo quis  
dolet de bono alterius secundum quod per bonum al-  
terius gloriam suam putat diminui: et hoc est  
invidia: que iudicatur mortalis. Et quod ex ra-  
mo procedit superbie. Et quod directe oppo-  
nitur caritati in qua vita anime conseruatur.  
Sicut autem de superbia dictum est: quod quidam  
motus pueniunt rationem quibus ratio non con-  
sentit: nec habent rationem mortalis: ita et de  
invidia est dicendum. De ramo autem inuidie  
precipue exeunt duo rami. scilicet exultatio in ad-  
uersis: et dolor in prosperis: qui sicut dictum  
est de invidia rationem habent mortalis.  
De primo autem ramo. scilicet de gaudio in ad-  
uersis: oriuntur hi fructus. Ad adinatio.  
Scandalum. Insidie. Proditio. Suspicio. Iu-  
dicium. Inter hec folia: discordiarum semina-  
tio. Secretorum et confessionis reuellatio si-  
gno vel verbo: vel circumstantia. Falsus te-  
stimonium de quibus sigillatim aliquid est di-  
cendum. Ad adinatio est mali occulta: et  
studiosa procuratio. Scandalum secundum Augu-  
stinum dictum vel factum minus rectum prebens  
alij occasionem ruine quum. scilicet aliquis alium  
in malum inducit: et est mortalis quum aliquis  
per consilium vel exemplum ex intentione indu-  
citur in mortale. Insidie sunt pro ut hic  
de insidijs loquimur. Inuestigatio et consi-  
deratio factorum alterius ut accusari possit  
deprehesus in malo. Proditio est cum aliquis  
amicitiam ad alium simulat ut ipsum decipiat  
de quo dicit Boetius: quod nulla pestis effi-  
cator est ad nocendum quam familiaris inimi-  
cus. Suspicio est cum quis facit ut ma-  
lum de alio suspicet: unde Tullius suspicio est  
mala opinio ex leuibus causis: et hoc ex ma-  
la affectione inuidie procedit: et tunc habet  
rationem mortalis: alias autem non iudica-

tur mortalis. Et iudicium peruersum est cum  
quis ad alium male affectus: non solum ma-  
lum suspicatur in ipso ex causis leuibus verum  
etiam diffinit in corde vel ore finaliter pecca-  
tus mortale committi ab aliquo et hoc de suo  
genere est mortale ex quacumque radice pro-  
cedat: unde glosa super illud ad Corin. iij.  
Nolite ante tempus iudicare. suspitiones  
vitare non possumus: quod homines sumus  
iudicia tamen. id est sententias diffinitiuas ca-  
uere debemus. Hoc autem iudicium usque a  
nimis graue peccatum procedit cum quis ex so-  
la suspitione ex causis leuibus condemat.  
Item folia que de ramo isto procedunt si-  
cut dictum est sunt discordiarum seminatio.  
Quum enim aduersitati quis congaudet  
alterius alios concitat contra ipsum: quod est pec-  
catum mortale. unde prouerbiorum. vi. dicitur.  
Sex sunt que odiuit dominus: et vltimus  
ponitur tanquam peior: qui seminat inter fra-  
tres discordias. Item secretorum reuellatio  
quod est peccatum mortale. cum tale secretum est: quod  
in illius: qui secretum commisit potest verti in  
detrimentum. Tunc autem maximum est pec-  
catum quum videlicet ad reuellationem con-  
fessionis: verbo vel signo: vel circumstantia ali-  
qua quis procedit. Secundus ramus in-  
uidie principalis est dolor in prosperitate pro-  
ximi quod ut supradictum est de invidia habet  
rationem mortalis. Ex hoc autem ramo pro-  
cedit detractionis folium: quo proximi prosperitas  
impeditur. Hoc autem folium principa-  
liter in duo diuiditur: quod qui detrahit: aut  
hoc est: eius bonum diminuendo: aut eidem  
malum imponendo. Primum folium quat-  
tuor folia secum habet bonum proximi ta-  
cere dimittere et pervertere: et negare. Ex  
secundo autem ramo hec folia procedunt.  
Malum libenter audire dissimulare: con-  
firmare: aggravare addere: reuellare.  
Imponere de quibus videamus qual-  
ter humaniter habeant rationem mortalis.  
Sciendum igitur quod est dignatio fame al-  
terius per verba occulta. Unde eccle. x.



**C** Si mordeat serpens in silentio nihil ha-  
bet ronis minus qui occulte detrahbit: habz  
autem ex suo genere rationes mortalis. Cū  
enim fm sapientē. prouer. xx. Melius sit  
nomen bonū q̄ diuitie multe. Sicut mor-  
tale est rem inuito domino pertractare: et  
qui hoc facit ad restitutiones tenet: sic etiā  
alterius famā auferre mortale ē ⁊ qui hoc  
facit ad restitutionem tenetur. Hoc tamen  
circa istam materiā est aduertendū. q̄ q̄sli  
bet breue verbū q̄ in derogationem ver-  
git alterius nō est iudicandū mortale maxi-  
me quum ex habitu inuidie non procedit.  
**C** Ad detractionem autē spectat vt dictum  
est: bonū proximi tacere. q̄ quidem mor-  
tale est cum videt aliquis iniuste famam al-  
terius deperire. Sicut. n. in arta necessitate  
tenemur proximo in rebus temporalibus  
prouidere: sic etiam ⁊ in necessitate famas  
eius seruare. **C** Diminuere bonum alteri-  
us est: cum aliquis cōmendationem alteri⁹  
audire nō potest. sed eam diminuit. q̄ cari-  
tati opponitur: ⁊ si ex ramo inuidie proce-  
dat mortale est. Quandoq; tamen absq;  
mortali contingit: vt cum quis audit cōmē-  
dari indignū vel vltra merita: ⁊ ex hoc po-  
test ori i aliqua deceptio: tunc nō habet rō-  
nem peccati. **C** Louertere bonū alterius  
est bonū q̄ negari non potest mala inten-  
tione factū asserere. vnde de tali dicit ec-  
de. xi. Bona ⁊ mala conuertens insidiatur  
⁊ in electis ponit maculam. Qd̄ manifeste  
habet rationem mortalis. quū procedit ex i-  
uidia tamen cū hoc ex falso procedit iudi-  
cio de hoc quandoq; iudicari debet. sicut  
de malo iudicio est dictum. Quum q̄s bo-  
num peruertit alterius cum mendatio tale  
mendacium cum sit perniciosum ratio-  
nem mortalis sortitur. **C** Item negare bo-  
num alterius. q̄ scitur inesse pertinet ad  
detractiones mortales. **C** Item de alio ma-  
lum libenter audire: vel occasionem detra-  
ctionis prestare vel dissimulare cum possit  
corrigere est mortale vnde Apostolus ad

**R. o. i.** Detractores deo odibiles esse cō-  
memorat. dignos morte iudicat. non solum  
autem facientes. sed consentientes. Tamen  
circa hoc debemus dicere q̄ si aliquis de-  
tractionem alterius audiat ⁊ non ex inui-  
dia: sed ex verecundia vel aliquo timo-  
re humano ne offendat aliquem. non  
est iudicandum mortale nisi sit talis perso-  
na. q̄ ex officio corrigere debeat: cui possz  
cedere imortale. **C** Item malū auditus de  
aliquo confirmare ⁊ additis circumstātijs.  
Aggrauare: vel dicto alterius addere mē-  
daciter vel veraciter ad diffamationem in-  
tendendo est mortale. **C** Sultum tamen in-  
terest vtrū hoc procedat ex inuidia vel in  
discreto zelo iusticie. Quandoq; enim con-  
tingit mala aliaz facta ex quadam indigna-  
tione vel leuitate loquendi: nec intentione  
diffamandi contra aliquē malū recitari: vl  
etiam aggruari q̄ esset dirū iudicare mor-  
tale. Hoc tamen a plerisq; magis dicitur  
q̄ crimen alterius ⁊ verum extra cor-  
rectionis ordinem reuellare mortale est.  
**C** Dico at̄ correctiois fraternē ē a domi-  
no **Abaf. xvij.** Si peccauerit in te frater  
in te. i. te sciente vade ⁊ cor. ⁊ c. Sic etiam  
circa istam materiā est nontandum. q̄ cri-  
men alterius de te grauari vbi non pōt. p-  
desse nisi ad diffamationem est contra or-  
dines correctionis fraternē. **C** Itē ex me-  
dio duoz ramoz inuidie descriptorum p-  
cedit ramus rancoris. **C** Quum enim in-  
uidus bonū proximi non potest diminue-  
re: nec eidem malū inferre proūpit in cor-  
dis rancorem. Est autē rancor motus cor-  
dis grauis ex mala affectione procedens i  
proximum. ⁊ habet rationes mo: talis si ex  
inuidia procedat: vel libera voluntate. Ex  
libera autem volūate dico: quia contingit  
interdum q̄ aliquis homo propter suam i-  
epitudinem vel illatam iniuriā sine motu  
displicentie videri non potest: q̄ quidez in  
multis magis habet rationes passionis q̄  
peccati dum voluntas libera non cōsentit.



Ex hoc autem ramo rancoris procedit ramos odij. qui manifeste habet rationem mortalis: quia recte caritati opponitur in qua vitia anime conseruatur. ¶ Hoc etiam aduertendum quod non solum secundum preceptum tenemur diligere amicos: sed etiam inimicos et malos: vitium: tamen in aliquo non tenemur diligere. vnde et si quis quandoque contra alium moueatur propter eius vitium quandoque non est vitium: sed virtus sed quandoque zelus indiscretus circa hoc possit contingere: et sic oditur vitium quod aliquando redundat in personam. Debent autem secundum Augustinum in speculo: corrigi vitia hominum cum dilectione personarum et odio vitiorum. ¶ Ex ramo autem odij oritur ramos ire. Est autem ira ut habet accipitur inordinatus animi motus ad nocendum proximo sine causa. Et cum sit contra caritatem habet manifeste rationem mortalis. Hoc tamen notandum est quod quilibet ira non debet iudicari mortalis. Secundum enim Gregorium. Est ira per zelum et est ira per vitium. ¶ Est autem ira per zelum cum quis multum intense contra malum mouetur: et in punitionem tendit. quod quidem virtutis est: nisi zeli indiscretio interueniat sicut de odio immediate est predictum. Ira autem per vitium est cum quis contra proximum mouetur iniuste: et ad eius penam intendit. Et quandoque sicut de alijs vitijs est dictum talis motus preuenit iudicium rationis ex complexionem: vel ex causa alia: et tunc non habet rationem mortalis. ¶ Ex hoc autem ramo ire procedit ramos appetitus vindicte: et fructus crudelitatis et folium discorde que consistit in verbis. Circa appetitum vindicte intellige quod aliquis vindictam de aliquo dupliciter potest appetere: aut in quantum est in proximo nocentem et procedit ex odio: aut in quantum per penam potest corrigi proximus ne decetero ad peccatum declinet: et hoc modo vindictam appetere non est malum. licet autem vere penitentem debet aduertere. quod quandoque meum sibi mentitur. et quod facit ex odio

ex bona intentione fieri sibi ipsi simulari: et in hoc scias sua mendaciter informat. ¶ Ex ramo appetitus vindicte oriuntur hi fructus. Calumnia vexatio damnificatio. Calumnia est falsi criminis impositio: et est manifeste mortale quod est pernitiosus mendacium et procedit ex odio: et quia iniusticia inuenitur ibidem. ¶ Est autem vexatio quum quis alium trahit ad iudicium sine causa: et ipsum in persona sua vexat: et in expensis damnificat: quod fit quandoque per falsas litteras vel falso intratas: vel non suas: sed alterius vel iuris ordine pretermisso vel ad impossibilia obligando: ut citando coram diuersis iudicibus ad loca distantia et iniuste. In quibus causis non solum quis peccat mortaliter: verum etiam ad restitutionem omnium damnorum et expensarum tenetur. ¶ Item damnificatio est quum quis in temporalibus bonis damnificat et est mortale. Hoc etiam potest fieri dupliciter aut impediendo bonum habitum vel habendum aut malum inferendo quod etiam fit pluribus modis: que per modum fructus in arbore describuntur vnde circa hoc est notandum quod quinqz modis est quis reus damnificatione proximi. scilicet faciendo: precipiendo: consuetudo: iuuando: dissimulando. scilicet quum prohiberi potest vel impediri damnum proximi et voluntarie sustinet. Et quattuor casibus primo dictis qui sic reus est ad restitutionem tenetur. Et in omnibus istis est peccatum mortale quum hec omnia directe caritati proximi opponuntur. Hoc tamen circa dissimulationem damni alterius est aduertendum. quot alterius damnum dissimulare non semper iudicandum est mortale: puta cum quis ex timore magis quam ex ira vel odio dissimulat timens ne forte malefactores contra ipsum moueantur: et in damnum proprium possit aliquo modo reducere: vel in casu ubi probabiliter credit quod sua correctio non proficesset. vnde Augustinus primo de ciuitate dei. Si propterea quisque obiurgandis et corripiendis mala agentibus parcat ne de



teriores efficiantur: non videtur esse cupiditatis occasio sed consilium caritatis.  
**C** Secundus ramus ire est crudelitas ex qua oriuntur hi fructus. Incarceratio percussio verberatio: duellum: bellum mutatio: et occisio de quibus aliquid videamur.  
Est autem crudelitas secundum Senecam atrocitas animi in exigendis penis. Ex hoc etiam ramus feritatis procedit. **C** Est autem feritas cum quis seuit in proximum absque aliqua culpa precedente in ipso et in hoc a crudelitate differt: quia crudelitas est excessus in infligendo penam pro peccato commissio: habet autem utrumque rationem mortalis: quia opponitur caritati. Si tamen excessus in puniendo ex zelo iusticie quandoque contingat ut alij terreantur: nisi sit excessus nobilis non esset de facili iudicandum mortale. Punire autem absque omni culpa et causa semper habet rationem peccati mortalis. Absque autem causa dico: quia sine culpa quandoque quis punitur non tamen sine causa sicut patet in crimine lese maiestatis. Et quandoque etiam illi de terra alicuius in quantum sunt res domini offendentes absque culpa propria in temporalibus puniuntur. **C** De incarceratione autem et verberatione vel percussione: mutilatione: vel occisione proximi: clarum est quod habent rationem mortalis nisi fiant per iusticie auctoritatem iuris ordine: et moderamine obseruato vim, vi repellendo cum moderamine inculpate tutele: hec enim opponuntur caritati proximi: et licet de suo genere mala sint tamen multum aggrauantur secundum radicem si ex radice odij oriuntur hoc tamen de percussione notandum: quod parentum percussio specialius est peccatum a quo simplex sacerdos non potest absolueret et est contra preceptum diuinum de honore parentum: percussio autem clerici grauior est quam alia et si grauis est ad solum papam pertinet absolutio. **C** De bello au

tem notare debemus quod ad iustum bellum tria specialiter requiruntur sine quibus habet rationem mortalis. videlicet principis auctoritas. vnde Augustinus contra faustum. suscipiendi belli auctoritas atque consilium penes principes sit. Item iusta causa. vnde Aug. Iusta debent esse bella que vincuntur iniurias: tertio requiritur intentio recta. vnde Augustinus de verbis domini. Apud veros dei cultores bella non crudelitate aut cupiditate geruntur. **C** Duellum autem nota quod secundum iura est prohibitum et secundum rationem habet rationem mortalis et in appellatione et in domino cuius auctoritate fit: et procuratoribus et in pugilibus propter pecuniam. Et hoc patet cum manifeste habeat rationem tentationis diuine et a forti debilis per naturam vincatur dicunt tamen quidam quod consuetudo excusat in hoc facto cuius contrarium tenetur: communiter a theologis et diuinis: et iuris peritis. **C** Tertium quod ex ramo ire procedit est discordia solum: secundum quod consistit in verbis. **C** Ex discordia enim animorum etiam discordia verborum procedit. Hoc autem solum in huiusmodi solum est diuisus que sunt. Irritatio. Cominatio. Contumelia. Improperium. Abaledictio: proecacitas: clamor: et irrecconciliatio. Circa materiam istam in generali notandum est quod discordia in verbis contentio dicitur: quia quis verbis alterius proecaciter contradicit. vnde contentio duorum dicitur. Dicitur. n. modum inordinatum et contradictionem. Potest igitur inordinate aliquis contradicere proximo malum et falsum dicenti: et tunc ratione contradictionis peccatum non habet: sed in modo potest esse excessus. scilicet cum excedit modum negotij vel persone: et potest esse mortale. cum quis ad confusionem anbellat alterius ex ira forte: vel odio: vel sit tanta contentio. quod ex inde scandalum oriatur. Quum autem quis contendit cum aliquo et veritati



etiam contradicit: vel veritati impugnat ex inuidia vel ira: vel odio: tunc est mortalis contentio: et hec est contentio que inter opera carnis ab Apostolo numeratur ad gal. sexto. Qui talia agunt regnum dei non possidebunt. Huiusmodi autem contentio nis species vt dictum est irritatio: quando aliquis proximo loquitur pinguine: secundum quod quandoque contingit quod homo ex odio quod habet ad alterum libenter eum verbis stimulat et irritat sicut de fratribus Joseph. gen. trigesimo octavo dicit. Oderant eum nec poterant ei quicquam pacifice loqui: et sic est mortale peccatum secundum quod ex odio vel ira mortali procedit: vnde de hoc iudicandum est secundum rationem radicis. Item cuius hoc folio est cominatio: cum scilicet aliquis alicui se malum facturum promittit: et sicut ledere proximum est mortale sicut dictum est superius: sic malum cominari: quod si fieret mortale esset peccatum mortale est: si sit deliberatio: et proponat facere quod minatur. vnde eccle. vigesimo secundo. Ante sanguinem maledicti et contumelie et miserie. Sequitur videre de contumelia. Improperio et conuitio et notandum quod contumelia est obiectio criminis perpetrati. Improperium est cum quis iniuriose reducit ad memoriam auxilium quod contulit necessitate patienti. Eccle. xx. pauca dabit et multa improperabit. Conuitium autem est: cum defectus corporalis vel aliud quodcumque crimen obijcitur ad confusionem persone: et de his videamus quomodo habeant rationem peccati. Hoc igitur circa istam materiam est notandum quod cum secundum philosophum voces sint signa intellectus: multum considerandum est quo animo verba dicantur. Contingit autem quandoque talia verba dici ex indiscreto zelo: vel zelo iustitie aut amoris vel ex quadam surreptione et subito motu ire: et tunc non esset iudicandum. mortale nisi

tantus esset excessus et verba sic inordinata quod aliquis per talem contumeliam in diffamationem incureret manifeste. Tunc enim zelus iustitie nullatenus excusaret quin peccaret mortaliter: sicut si aliquis aliquem suadendo interficeret per cautelam: tamen posset peccare mortaliter. Cum autem quis alteri conuitium: vel contumeliam vel improperium dicit motus ad proximi confusionem et debonationem intendens: tunc agitur contra charitatem proximi et peccat mortaliter: et sic intelligitur verbum domini. **A** **B**athe. quinto. Qui dixerit fratri suo fatue reus erit gehenne ignis. Item folium discordie vt dictum est superius est maledictio: vt cum aliquis malum alij imprecatur optatiue: et manifeste habet rationem mortalis: quia est contra proximi charitatem: si tamen mente ita teneatur sicut ore profertur. Et hoc modo loquitur Apostolus ad corin. sexto. vbi dicit quod maledicti regnum dei non possidebunt. Contingit tamen verbum maledictionis esse veniale: vel propter paruitatem mali optati: vel quia ludo vel surreptione: vel zelo iustitie: vel non malo affectu verba dicuntur. Et hoc modo Augustinus in sermone de purgatorio: hoc iudicat veniale. **C** De clamore autem verborum et procacitate sciendum quod quandoque contingit: quod licet intentione verborum conuitia graua non dicantur: tamen tantus clamor et procacitas potest esse quod scandalum sequitur: vel etiam ex intentione proximus prouocatur: et tunc habet rationem mortalis eo modo quo dictum est de contentione: si tamen ex deliberatione procedit et ex ramo ire vel odij procedit: alias autem non iudicaretur mortale. Item ad discordiam pertinet. Irreconciliatio cum scilicet quis proximum per contumeliam vel alio modo lesit: et ipsum pacificare contempnit. Sicut enim rem alterius ablatam vel famam tenentur restituere proximo sic et pacem pe-



tendo veniam: vnde conuenienter dicit Au-  
gustinus in speculo: quod melior est: quamuis ira  
sepe tentetur: tamen ad impetrandum fe-  
stinat: ut ei dimittat: cui se fecisse agnoscit  
iniuriam: quod qui tardius irascitur: et ad im-  
petrandum veniam tardius inclinatur: vn-  
de non pigeat ex ipso ore proferre medica-  
menta: vnde facta sunt vulnera: quod si quis  
contempnat facere peccatum committit si-  
cut patet per verbum veritatis. **Abathe.**  
quinto. Si offers et cetera. secundum glosam: mu-  
nus nequaquam acceptatur talis offerentis an-  
tereconciliationem fratris. Et per hoc ma-  
nifeste probatur quod est ibi peccatum morta-  
le. Non enim nisi per peccatum mortale com-  
mittit acceptionem diuinam. hoc tamen sa-  
ne debet intelligi cum scilicet talis fuit of-  
fensa: quod rationem mortalis habuerit.  
Qualiter autem contumelia rationem mor-  
talis habeat iam dictum est.

### **C** Concupiscentia diuitiarum.

Secundus ramus qui ex radice  
concupiscentie et ex trunco ma-  
li consensus procedit est concu-  
piscencia oculorum: qui altero  
nomine auaritia nominatur. Dicitur autem  
auaritia secundum quod est auaritia cris. i. pe-  
cunie: ita quod per pecuniam omnia tempora-  
lia designantur. vnde auaritia est inordinatio  
animi circa temporalia habita vel ha-  
benda: quod duobus modis potest contin-  
gere: vel inordinate amando vel appeten-  
do vel iniuste acquirendo. Circa hoc tamen  
aduertendum est: quod vtroque modo potest ef-  
se mortale: cum scilicet aliquis amore diuitiarum  
preferat charitati dei vel proximi: vel cuius ini-  
uste preferatur: vel per rapinam tempora-  
lia acquirunt: et sic auaritia ab Apostolo in-  
ter mortalia computatur ad **Ro. p.** Sicut au-  
tem de alijs vitijs dictum est: quod sua venia-  
lia habent: dum scilicet rationem preueniunt. Sic

enim auaritia quilibet non iudicatur mor-  
talis: ut cum quis ad temporalia inordina-  
te afficitur: tamen citra charitatem dei et pro-  
ximi: vel proximo in tam modico leditur  
quod nullo modo iudicaretur mortale. Sed  
hoc igitur ex primo ramo auaritie tres ra-  
mi principales procedunt: qui inordinatum  
desiderium habendi inordinatum haberi  
amorem. Et inordinatum dolorem amissi: et eo mo-  
do quo dictum est de auaritia: est iudican-  
dum de ipsis. **C** Item ex primo ramo qui  
est inordinatum desiderium habendi proce-  
dunt hec: scilicet sollicitudo in mente: et in-  
iustitia in opere. Hec autem sollicitudo po-  
test habere rationem mortalis: scilicet cum  
propter sollicitudinem rerum temporalium  
dimittuntur necessaria ad salutem. Unde  
ex hoc ramo sabbati violatio. **Lum. s.** con-  
tra preceptum diuinum vel ecclesie tempo-  
ra non seruantur. Per hoc autem sabbat-  
um in lege nostra dominica intelligitur et  
festa ab ecclesia instituta. **O**bservatio siqui-  
dem diei dominice est de iure diuino. scilicet pre-  
ceptum diuinum. **Exo. vigesimo.** **Ab**emē-  
to ut diem sabbati sanctifices. Ex constituti-  
one ecclesie et spiritus sancti familiari con-  
silio propter solemnitatem resurrectionis  
dominice et propter quietem que octaue eta-  
ti respondet succedit dominica sabbato et  
in ipsa cessare a seruilium opere debemus et  
vacare diuinis. Hoc tamen circa istam ma-  
teriam est notandum quod observatio ista qua-  
tum ad aliquid est moralis et de iure diuino  
quantum autem ad aliquid ceremonialis et  
ad ius posituum pertinet. Quod enim ho-  
mo aliquod tempus habeat ad vacandum  
diuinis: hoc pertinet ad morale preceptum.  
Sed quod tali vel tali die: vel ab isto opere ces-  
setur: vel ab isto hoc ad ius posituum per-  
tinet. Igitur mandatum diuinum transgre-  
ditur: qui sic temporalibus negotijs occu-  
patur: quod nunquam vacans diuinis. **P**recipue  
etiam festum vel dominicam violat: qui pec-



eato operam dat: Hoc est enim opus serui  
 le: quia qui facit peccatum seruus est pecca  
 ti. Unde Augustinus de decé cordis. **A**de  
 lius faceret iudeus in agro suo aliquid vti  
 le, q̄ in teatro seditionis existeret: et melius  
 femine eorum die sabbati lanam facerent:  
 q̄ tota die in neomenijs suis impudice sal  
 tare: quod tamen intelligendum est de lu  
 dis: qui sunt cum peccato mortali. **N**ō enī  
 intelligo sabbatum violari per peccatū ve  
 niale: quia secum compatitur obseruantia  
 mandatorum. **D**e operibus autem mecha  
 nicis que seruilia dicuntur: sicut iaz dictus  
 est ad ecclesiam pertinet iudicare qualiter  
 sit abstinendum: vnde ecclesia pro tempo  
 re necessitatis que legem non habet dispen  
 sat: vnde in hoc casu preceptum vniuersa  
 lis ecclesie particulariter vel cōsuetudo ge  
 neraliter approbata ab omnibus est obser  
 uanda: vnde de mercatis et quadrigatione  
 et negociatione et nundinis et talibus: que  
 quandoq̄ sunt in multis locis diebus do  
 minicis et festiuis: vtrum sit mortale. vel nō  
 a legislatoris interpretatione dependere vi  
 detur. **S**i enim hoc ecclesia prohibeat sub  
 virtute obedientie constat transgredi: esse  
 mortale peccatum. **S**ecundum quod ex ra  
 tio inordinati appetitus temporalium pro  
 cedit vt dictum est: est iniustitia in opere:  
 que in duos fructus principales distingui  
 tur: quia aut est aperta iniustitia aut occul  
 ta: que fraus alio nomine nuncupatur. **I**n  
 iustitia autem aperta hos fructus secum  
 habet: qui sunt furtū: vsura: rapina: et ini  
 qua sententia. **D**e quibus aliquid videam  
 us. **C**irca furtum nota: q̄ furtum est  
 occulta rei contractio inuito domino: et  
 habet rationem mortalis: in quantum est cō  
 tra iustitiam: et opponitur charitati proxi  
 mi: vnde lex diuina dicit. **N**on facies fur  
 tum: hoc tamen aduertendum: q̄ tam mo  
 dica res posset esse: vel tam modici valo  
 ris: q̄ non haberet rationem mortalis ni

si forte adesset voluntas maior accipien  
 di si facultas adesset: vel in illo modico ef  
 set alterius notabilis damnificatio. **P**lus  
 enim quandoq̄ damnificatur pauper in  
 paruo: q̄ diues in magno: vel nisi for  
 te esset tanta necessitas: q̄ acipere rem  
 alterius cogereetur. **T**unc enim potest ali  
 quis rem alterius pro extrema vel ve  
 genti necessitate corporis accipere: quia  
 in necessitate omnia sunt communia: et  
 tunc furtum dici non debet: quia suum  
 est: q̄ in necessitate accipit: vel etiam pro  
 necessitate alterius: vnde Ambrosius. **E**su  
 rientium panis est: quem tu detines: lo  
 quitur de auaro. **D**iuus autem furti qua  
 tuor sunt species: scilicet: rei occulta acce  
 ptio: rei inuente detentio: sacrilegium: pro  
 prietas in religiosis. **C**irca rei inuentio  
 nem nota q̄ quedam inueniuntur in litore  
 maris vel aque cōmunis. **T**alia enim ce  
 dunt impropietatem inuenientis. **S**imili  
 ter: et thesauri qui inueniuntur in terra qui  
 non fuerunt a tempore a quo memoria in  
 bonis alicuius: tamen secundum leges do  
 minus terre debet habere medietatem: vn  
 de **M**athe. decimo tertio dicitur de inue  
 nitione thesauri absconditi q̄ emit eum. **N**u  
 la autem que inueniuntur: que vt probabi  
 liter fuerunt in bonis alterius retinere est  
 furtum. vnde Augustinus. **S**iquid inueni  
 sti et non reddidisti rapuisti. **S**i autem pos  
 sesso: inueniri non possit cōsuetudo terre  
 est seruanda. **C**irca sacrilegium nota:  
 q̄ sacrilegium est ratione acceptionis sa  
 cre rei: vel in loco sacro: et secundum  
 hoc triplex est species sacrilegij: vt quan  
 do aufertur sacrum de sacro vel non sa  
 crum: de sacro vel sacrum de non sacro.  
**Q**uarto circa furtum religiosorum in  
 retentione proprii. **N**otandum q̄ dicit  
 Augustinus de religiosis: q̄ si quis rem si  
 bi collatam celauerit furti iudicio condem  
 netur. **T**unc autem intelligo hoc celari et



habere propriam rationem quando sic ce-  
latur: quod si etiam prelati in virtute san-  
cte obedientie precipere quod reuelaretur:  
etiam celaretur. Nec aliter intelligo mor-  
tale: nisi quando voluntatem prelati pre-  
ceptoriam detineretur. Hoc etiam no-  
tandum de religiosiis et dispensatoribus  
et filijs familias et vxoribus quod furti-  
bus sunt committere: si notabiliter dominos  
rerum in dispensando damnificant con-  
tra voluntatem et intentionem domino-  
rum. Quum autem intuitu pietatis etiam  
commune bonum procurando: nec mala in-  
tentione dant aliqua vel dispensant non est  
indicandum mortale. ¶ Sequitur de rapi-  
na. Est autem rapina quum quis rem al-  
terius manifeste per violentiam accipit in-  
iuste: et habet manifeste rationem morta-  
lis sicut de furto dictum est. vnde Isa-  
ie sexagesimo primo. Ego dominus dil-  
gens iudicium: et odio habens rapinam.  
Potest tamen esse veniale vel etiam nul-  
lum eo modo quo de furto dictum est: vel  
etiam in bello iusto: quando bona inimi-  
corum rapiuntur. Quid autem requira-  
tur ad bellum iustum: dictum est superi-  
us. Cum rapina autem sunt fructus alij sci-  
licet inductio noue talie: vel consuetudi-  
nis exactio: extorsio: munerum acceptio: et  
ludus alearum. ¶ Circa primum notan-  
dum quod nouas talias vel leges vel consue-  
tudines constituere ad extorquendum pe-  
cuniam absque iusta causa habet rationem  
rapine. Item exactio est cum quis debi-  
tum inordinate exigit: et potest habere ra-  
tionem rapine: cum scilicet creditor videt  
dammum notabile debitoris: nec neces-  
sitate patitur: sed commode potest ex-  
pectare: tunc enim posset ledi charitas: et  
tanta posset esse necessitas quod exactio ha-  
bere rationem mortalem. vnde qui a sub-  
ditis talias et seruitia isto modo exigunt:

nec necessitati eorum quantumcumque sint pau-  
peres compatiuntur: recte raptores dican-  
tur: vnde hec que de exactione dicta sunt  
contra illud preceptum mortale sunt. Exo-  
vigesimo secundo. Si pecuniam dederis  
mutuo populo meo pauperi non vigebis  
cum quasi exactor. ¶ Tertius fructus rapine  
est extorsio: quod quidem est cum quis  
terrendo vel adulando: vel violentis pre-  
cibus extorquet ab aliquo seruitium vel ali-  
quod temporale: et tunc quidem potest  
habere rationem mortalem cum tollitur ra-  
tio voluntarij arbitrij ab illo cui infertur  
talis extorsio: vnde cum talis est qui mi-  
natur vel rogat: qui potest nocere: et cu-  
ius offensa probabiliter timetur: nisi habe-  
at quod petit: et hoc modo extorsio violenta  
est: et sic est contra preceptum leuitici. quon-  
iam. Iubetur non aliquid extorqueri. ¶ Quar-  
tus fructus rapine est munerum acceptio:  
que quandoque non habet rationem pecca-  
ti scilicet cum pauper dat diuiti: reus iudi-  
ci: creditor debitor. Suspecta est talis mu-  
nerum collatio et receptio: et intentione  
dantis vel recipientis cito posset inueniri  
ratio mortalis peccati: vnde cum diues a  
paupere recipit: vt ipsum secundum ius-  
ticiam timeatur: cum alias hoc facere te-  
neatur: et iudex cui datur aliquid vt per-  
uertat iudicium: vel vt iusticiam conse-  
quatur cum munus recipit: aut iudici-  
um peruertit aut iusticiam vendit mani-  
feste habet rationem mortalem. Credito-  
r: etiam qui a debitore munus recipit in ra-  
tionem debiti: videtur quod accipiat: et si hac ra-  
tione non accipit tunc habet rationem vsu-  
re. Quandoque tamen non habet ratio-  
nem peccati: vt cum quis simpliciter re-  
cipit munus absque mala intentione nec ha-  
bet rationem quare possit suspicari: quod ma-  
la intentione donec. ¶ Quintus fructus rapi-  
ne est fructus alearum seu taxilloz qui pro-



hibitus est iam a iure canonico q̄ ciuili.  
vnde ⁊ de hoc dicit quidā q̄ sit peccatū  
mortale eo q̄ sit contra ius canonicum ⁊  
ciuile. Et q̄ ex ludo habetur: nullo bono  
titulo possidentur nec potest retineri: sed de  
bet pauperibus erogari. Quia enim qui  
in ludo lucratur iniuste lucratur: ⁊ q̄ amit-  
tit iuste amittit. ideo qui lucratur: eidem a  
quo lucratur restituere non tenetur: nisi nō  
forte induxerit ad ludendum. Cū autē lu-  
dus satis videatur ex radice rationem ha-  
bere mortalis peccati: quia. s. ex auaritia vi-  
detur procedere: ⁊ q̄ ludo multa cōmuni-  
cantur peccata scilicet. **Fraus. Mendaciū  
Periurium. Blasphemia. Scandalum.  
Amissio tēporis. Et ira frequenter. Et hec  
causa prohibitionis ludi esse videat. Quū  
ludit aliquis causa recreationis peccatis su-  
pra dictis exclusis non videtur habere ra-  
tionem mortalis.** ¶ **Tertius fructus prin-  
cipalis in iusticie ad proximum que ex ra-  
mo auaritie procedit est usura. Dicitur  
autem usura ab usu eris: sunt enim que-  
dam res quarum usus est rei consumptio  
si quarū dominiū in accipientem transfer-  
tur: vt pecunia ⁊ bladū: ⁊ vinū: vnde qui  
taliū usum vendit: usurarius dicitur: ⁊ ha-  
bet rationem mortalis peccati. ⁊ inquantū  
contra preceptū morale iusticie est: q̄ ven-  
dit aliq̄ q̄ suum est cum iam sit translatus  
dominiū. Exo. xxij. ⁊ in psalmo. Qui pecu-  
niam suam non dedit ad usuram: usura. n.  
in has species diuiditur.** ¶ **Est enim usu-  
ra in spe quum quis non expresse contra-  
ctum usurariū facit licet speret pro mutuo  
se aliquid accepturus ⁊ hac intentione dat  
mutuū alias non daturus. constat q̄ talis  
quantū ad deum: qui cor intuet usurarius  
iudicatur. vnde luce. vi. ¶ **Date mutuū ni-  
hil inde sperantes. Item est usura nō solus  
intentione: sed ⁊ opere cū quis debitorē ad  
amplius obligat quoquomō vel tacite vel  
expresse. Tacite quidem mutuando spēm****

pro specie: vt bladū pro blado ⁊ huiusmo-  
di: vt ea recipiat tempore cariori: vel dan-  
do antiquū pro nouo: vt melius recipiat i-  
nouatum. in quibus casibus usura cōmit-  
titur cum proprium cōmodum non necessi-  
tas proximi ibidem attendatur. Tunc autē  
potest manifeste sciri corrupta intentio. cū  
solūmodo precluditur infra tēpus quo ca-  
rius venduntur. Cum quis autem huius-  
modi intēdit seruare vsq̄ ad tempus quo  
venduntur carius. licet debitor in se pericu-  
lum suscipiat: non tamen in creditore iudi-  
catur usura si hoc facit vt proximo subue-  
niat. Item tacita usura est cum quis ratioe  
dilationis plus iusto vendit ⁊ accipit ⁊ cū  
quis ratione mutui seruitium vel munus  
accipit: vt superius est expressum. Item est  
usura tacita cum quis aliquid cōmune ha-  
bet cum aliquo quicquid sit illud ⁊ perico-  
lum vel dammū non sit cōmune. Item est  
usura manifesta cum promissum ex pacto  
interuenit accipiendi amplius vel etiā ob-  
ligatio ex pacto ad simile mutuū faciendū.  
Secundus ramus principalis auaritie est  
iniusticia occulta: que in contractibus mul-  
tis modis contingit scilicet: vendendo: emē-  
do: cōmutando: ⁊ hoc potest esse quando  
circa spiritualia vel temporalia. fit fraus in  
numero pondere: ⁊ mensura in valore seu  
in quantitate in defectus taciturnitate. cum  
scilicet notabilis est defectus ⁊ occultus rei  
vendite ⁊ tacetur: ⁊ ita care venditur: ac si  
non esset ibi defectus aliquis. Item nota-  
biliter care vendendo vel propter necessi-  
tatem ementis vel per solutionis dilationē  
vel propter simplicitatem ementis: qui rei  
valorem non nouit. Item in venditione su-  
specta locutionis. plurima scilicet rei falsa  
cōmendatio periurium execratio verbo-  
rum duplicitas seu falsitas que omnino se-  
cundū q̄ ad nocumentū proximi vel dece-  
ptionē ordinant sicut extra. pximi caritates  
sūt. Hoc tñ aduertendū. q̄ sicut supra dictū



est de futuro ita posset esse proximi tam modicum nocumentum: quod quantum esset de ratione contractus non iudicaretur mortale: hoc tamen circa mendatum est notandum: quod sicut habetur super illud psal. Perdes omnes qui loquuntur mendacium: triplex est mendatum scilicet iocosus: officiosus quod fit propter bonum propter: vel etiam proximi: et pernitiosum: quod fit in nocumentum proximi vel fidei detrimentum: et hoc ultimum de suo genere est mortale: unde cum mendatum fit in proximi nocumentum in contractibus patet quod habet rationem mortalis. Hoc etiam circa periurium et iuramentum est notandum: quod iuramentum secundum Hieronymum: tres comites habere debet: scilicet veritatem: iudicium: et iustitiam iudicio caret: iuramentum absque discretionem et deliberationem factum: iustitia iuramentum illicitum quod est indetrimentum salutis eterne: veritate autem quum falsum iuratur. Circa iuramentum etiam est sciendum quod duplex est iuramentum. scilicet assertorium et promissorium. Iuramentum assertorium est cum falsum iuratur: vel quod creditur esse falsum ex suo genere est mortale et contra preceptum diuinum: de non assumendo nomen dei in vanum. hoc autem sic intelligendum videtur: cum quis ex deliberatione peccat et se peccare aduertit: Circa iuramentum promissorium notandum: quod cum quis promittit per iuramentum aliquid se facturum et deliberatiue tenetur illud adimplere: aliter est transgressor precepti: nisi forte ad implendum reddatur impotens: vel nisi iuramentum videat aliquo modo contra dei vel proximi charitatem. Sicut enim Isidorus. In malis promissis rescinde fidem: in turpi voto muta decretum. De verborum autem duplicitate et falsitate quando fit in proximi deceptionem et nocumentum: sicut de mendatio iudicandum vide-

tur. unde dicit Isidorus. Quacunque arte quis iurauerit: deus: qui conscientie testis est: illud accipit sicut ille cui iuratur intelligit. Circa fraudes que in emendo sunt notandum quod quandoque in venditore est simplicitas vel necessitas: et hoc modo contingit fraus in emptore scilicet cum res emit villius vel ratione simplicitatis villius vendit: vel necessitatis vel ignorantie. Item peccata locutionis in emptoribus frequenter inueniuntur: cum scilicet res mendaciter vilipenduntur: et rationes que circa venditores sunt dicte: et eo modo que dicte de venditore sic etiam est iudicandum et de fraude in commutationibus est similiter iudicandum. Item ut dictum est non solum consistit iniustitia et fraus in contractu temporalium rerum: sed etiam circa spiritualia. Et quidem potest fieri: et sic est fructus inique sententie vel circa beneficia et similia. Est autem simonia secundum quod communitur diffinitur studiosa voluntas emendi vel vendendi aliquod spirituale vel spirituali annexum et habet rationem mortalis: quia manifeste est ibi iniustitia contra deum: cum spiritualia non possint cadere sub precio temporali: et quia non potest quis vendere vel emere illud cuius non potest habere dominium: spiritualium autem non sumus domini sed ministri: unde ad cor. q. Sic nos existimet homo etc. Item quia gratis accipiuntur: gratis conferri debent. Iuxta illud ad the. decimo. Gratis accepistis etc. Simonia autem tribus modis committitur: et secundum hoc tres fructus habet in arbore: committitur enim a manu ut munera corporalia conferendo pro spiritualibus obtinendis. Item munera lingua: ut per preces carnales et iniustas spiritualia obtinendo. Item munere ab obsequio: ut cum quis per seruitium humanum iniustum vel inhonestum spiritualia obtinet. Item nota alias species simo-



ner: quia permutando: transfigendo spiri-  
tualia beneficia absq; superioris auctori-  
tate contrahitur simonia secundum iura. Ap-  
pellatur permutatio cum sit mutatio digni-  
tatum: vel quorumcumq; beneficiorum ec-  
clesiastico:um. Transactio autem est de  
quacumq; re spirituali non gratuita pactio  
Hoc autem circa materiam generaliter e-  
aduertendum: q; spirituale dare vel accipe-  
re pro temporalibus: ita q; spirituale cadat sub  
precio est vitium simonie. Licet autem pro  
labore et pro sustentatione secundum bonas  
consuetudines accipere seu dare. Item vt  
dictum est alius fructus iniustitie seu frau-  
dis est ad proximum scilicet iniusta senten-  
tia et multos fructus mortiferos habet qui  
sunt iustitie peruersio: siue dilatio ordinis.  
iuris mutatio: falsum testimonium: iniusta  
aduocatio: litterarum abusus: que omnia ha-  
bent rationem mortalis secundum q; cedunt  
in proximi nocumentum: et ex radice avari-  
tie procedunt vt pecunia emergatur. Cir-  
ca quartum scilicet de iniusta aduocatione no-  
ta peccata: que ibi inveniuntur frequenter  
scilicet iniustum patrocinium: litis prolun-  
gatio: et iuris sophistica allegatio: iniustum  
consilium. s. de mendatio seu periurio in iu-  
dicio faciendo: que manifeste ratione mor-  
talis habent cum sunt in proximi nocum-  
tum. ¶ Circa quartum scilicet litterarum  
abusionem. nota etiam multa peccata que  
committuntur hoc facto scilicet iniusta im-  
petratio: vt cuius veritate tacita vel falsitate  
suggesta littere ad vexationem proximi im-  
petrantur: iniusta extensio: vt cum quis ha-  
bet litteram ad aliquas personas speciali-  
ter: vel ad certum numerum personarum:  
vel ad certum negotium et ultra littere vir-  
tutes vel tenorem extenditur ad negotia vel  
personas. Item additio vel diminutio per  
rasuram: vel fictio: cum quis bullam subti-  
liter raserit: vel bullam falsam facit: in quo  
ultimo casu ipso iure maiorem excommu-

nicationem incurrit. ¶ Tertius ramus prin-  
cipalis qui ex auaritia procedit est inordi-  
natus amor habitus: et ex hoc ramo hi fru-  
ctus procedunt: iniusta congregatio: mise-  
ricordia seu incompassio: restitutionis dila-  
tio: irrecopensatio: illiberalitas: de quibus est  
videndum quomodo habent rationem pec-  
cati. ¶ Circa primus de iniusta congrega-  
tione est notandum q; iniusta congrega-  
tio est: cuius quis bona sua seu fructus terre  
sue congregat solo ardore habendi: vel vt  
carestia procuretur: et res seruate postmo-  
dum carius vendantur et iterum precium  
reponatur: et hoc quidem ratione morta-  
lis habere potest: dum est ibi intentio ita co-  
gregandi nec dispergendi loco et tempore  
sed solo ardore habendi et luxuriandi in eis  
et hoc exemplus patet in illo diuite de quo  
dicitur Luc. vigesimo: q; dicebat amica  
mea habes et c. Cui responsum est. Stul-  
te hac nocte re. animam tuam. s. demones et c.  
ergo manifestum est q; inficiebat peccatus  
mortalis. ¶ Secundus fructus est in mise-  
ricordia in effectu: cum. s. proximus in ar-  
cta necessitate videtur et scitur hoc: et non  
subuenitur ei: cum tamen omnia in necessi-  
tate debent esse communia: et tunc potest esse  
mortalis: et secundum hoc mali iudicabuntur  
de defectu misericordie sicut patet Luc.  
vigesimo quinto. vnde et sic intelligit Am-  
brosius vbi dicit. Quasce fame morientem  
si non pauperti occidisti. Non solum autem  
est in precepto proximus iuuare in datione  
temporalium: sed etiam in alijs actibus mi-  
sericordie sicut patet Math. vigesimo qu-  
to. ¶ Tertius fructus est restitutionis dila-  
tio: in illis enim casibus in quibus non tras-  
fertur dominium sicut in furto: rapina: et si-  
milibus: semper est detentor in mora et pec-  
cat mortaliter retinendo: licet peniteat ac-  
cepisse: si tamen adsit reddendi possibilitas  
vel oportunitas: vnde et Augustinus di-  
cit. Non dimittitur peccatum nisi restitua-



tur ablatum. In his autem in quibus do-  
minium transit in accipientem sicut in mu-  
tuo non quis in mora nisi secundum condi-  
tiones appositae: et sic posset esse tante con-  
ditionis transgressio in proximi lesionem:  
quod posset habere rationem mortalem. ¶ Quar-  
tus fructus inordinati amoris temporalium  
est ire compensatio: cum scilicet quis mul-  
ta bona accipit ab alijs et ex inordinato amo-  
re temporalium aliquid recompensare di-  
mittit: quod manifeste est contra ius natu-  
rale. De hoc tamen secundum radicem iu-  
dicandum est: scilicet utrum hoc ex auaritia  
procedat que habeat rationem mortalem.  
Qualis autem auaritia radicem mortalem  
habeat dictum est. Sicut autem de irrecor-  
pensatione ita et de illiberalitate dicendum  
est: cum quis non est liberalis in dando.

¶ Tertius principalis ramus concupiscen-  
tia carnis.

Tertius ramus principalis: qui  
ex radice concupiscentie ex tru-  
co male voluntatis procedit est  
carnis concupiscentia secundum

Joannem in canonica sua: scilicet in quere-  
do delectationem: et vitando molestiam: et  
secundum hoc in duos ramos principales  
iste ramus diuiditur. ¶ Primus autem ra-  
mus: qui ex questu delectationis consistit:  
in duos ramos diuiditur: quia quedam est  
delectatio pertinens ad conseruationem in-  
diuidui per actum refectionis. Alia est per-  
tinens ad conseruationem speciei per pro-  
pagationem seminis. Quantum autem ad  
primum specialiter peccatum: gula consistit.  
Est autem gula secundum quod habet ratio-  
nem peccati mortalis: inordinatus appeti-  
tus vel usus nutrimenti rationem subuer-  
tens et auertens a deo. Et hoc patet in illa  
gula precipue qua quis precepta dei non ti-

met pretergredi: ut delectamenta ciborum  
sequatur: et illa in qua etiam ratio subuer-  
tur cum ex deliberatione seu aduersione ra-  
tionis procedit ut cum quis scienter se ire-  
briat vel naturam propriam grauat. vnde  
Gregorius trigesimo moralium sic loqui-  
tur de gula dicens: quod dominante gula vi-  
tio: omne quod egerint homines forniciter per-  
dunt. Sicut autem alia vitia: sua venialia  
habet ut supra dictum est: ita etiam gula  
sua venialia habet: vbi circa actum nutri-  
tionis et desiderium non est inordinatio con-  
tra deum nec auersio rationis: quia tales  
actus non sunt quandoque in potestate ho-  
minis. Ex hoc autem ramo precipue tres  
rami exeunt principales: scilicet: incontinen-  
tia gula: inmodestia: et dilectio. ¶ Circa  
primum scilicet de incontinentia gula no-  
tandum est: quod istos fructus habet secum.  
anticipationem: frequentationem et ieiunij  
fractionem. Anticipatio est cum quis ho-  
ram comedendi anticipat: quod potest fie-  
ri tempore ieiunij: vel alio tempore. Si au-  
tem tempore ieiunij quod est in precepto:  
cum hora comedendi secundum iura et con-  
suetudinem assignetur post meridiem: qui  
horam notabiliter anticipat sine causa: sola  
comedendi libidine fraudem facit: nec tale  
ieiunium reputatur: ut si quis forte hora ter-  
tia comederet: et sic se impleret: quod postmo-  
dum illa die non esuriret. Qui autem frau-  
dem legi committit: committit in legem. vnde cal-  
cidonense concilium. Nullatenus iudican-  
di sunt ieiunare: qui ante comedunt quam ve-  
spertinum celebretur officium quod tem-  
pore quadragesimali dicitur. Alias autem  
post nonam. Item ista anticipatio fit etiam  
alio tempore: ut multi qui volunt come-  
dere statim quando de lecto exeunt: si-  
cut bruta: etiam quandoque absque aliquo ap-  
petitu ex praua consuetudine quod est gra-  
ue peccatum et vix potest contingere nisi a  
radice mortali procedat. ¶ Secundus



fructus est frequentia cibi vel potus: quod nisi cogat etas: vel infirmitas: vel iusta necessitas manifeste contra rationes est peccatum: que prohibet apostolus ad gal. v. et ponit comestiones inter opera carnis de quibus dicit: qui talia agunt regnum dei non possidebunt: per quod patet manifeste quod aliqua comestio habet rationem mortalis cuius. scilicet. procedit ex gula eo modo quo habet rationem mortalis: quando autem habeat rationem hanc: dictum est supra. Tertius fructus incontinentie gule: est fractio ieiunij ab ecclesia obtenti quod fit in numero et qualitate: in numero comestionum pluries comedendo. In qualitate cibi cibum vetitum comedendo: ut comedendo carnes vel lacticia et huiusmodi in quadragesima. Et de hoc ieiunio est sciendum: quod quicumque hoc ieiunium absque dispensatione superioris: iusta necessitate laboris necessarii: vel paupertatis notabilis: vel etatis vel infirmitatis est transgressus: precepti: et sic peccatus mortale committit: unde Hieronymus ad lucinum loquens de ieiunio. Unaquaque provincia habundat in suo sensu et precepta maiorum leges apostolicas arbitret: per quod patet ieiunium esse in precepto. Secundus ramus principalis gule: est imodestia. scilicet. cum in nutriendo corpus modus debitus non seruetur et duos fructus habet. scilicet. auiditatem et nimietatem. Est autem auiditas inordinata in comedendo gulositas: et est peccatum cum motus brutales et inordinatos debeat refrenare: et potest quicumque sine peccato esse: ut cuius homo non subiacet sue potestati: et quandoque est veniale ut cum non ita reprimat sicut de cet et potest esse mortale: si ex radice mortali procedat sicut de frequentia dictum est. Secundus autem fructus imodestie in cibo est nimietas: ut cum quis comedit ex nimia quantitate vel bibit. Ex hoc fructu nascitur corporis grauitas et infirmitas: mentis hebitudo et cecitas: iudicij precipitatio: incircospectio ebrietas: ebriositas: loquacitas: inepta lecti-

tia: et dissolutio. Circa materiam istam notandum in generali quod ille nimis dicitur comedere: qui ultra comoditatem nature comedit et bibit: et est contra rationem et per consequens peccatum: cum actus nutritiois sit ad conservationem individui: et per talem culpam fit at nature subuersio: unde patet quod ibi est abusio et peccatum: et nisi in grauamen nature procedere potest: si ex deliberatione fiat quod habeat rationem mortalis. Ex deliberatione autem dico: quod quandoque ex passione famis vel preteritu estimare necessitatis hoc potest fieri quod de facili non esset iudicandum mortale. Et hoc autem fructu ut dictum est: est corporis grauitas et infirmitas: que ex nimia cibi sumptione procedit. Et hebitudo mentis et cecitas: que magis rationem pene quam culpam habeant: tamen causa peccati esse possunt: cum quis ratione infirmitatis vel grauitatis carnis iam non potest facere nec implere id ad quod a natura ex precepto tenebatur: vel cum ex nimia sumptione cibi vel potus in talem hebitudinem vel cecitatem mentis incidit quod necessaria ad salutem non cogitat nec diiudicat et transgreditur vel sententiam vel verbum precipitat in primi nocentium: et tunc manifeste non excusatur: quin in talibus possit peccare mortaliter in talium omissione: cum factus sit ineptus ad talia exercenda dando opera reuoluntate. Et hec intelligo nisi amissis et totaliter rationem vel forte corporis potestatem eo modo quo de ebrietate dicitur. De ebrietate autem notandum: quod si quis sciens vini vel liquoris fortitudinem: et aduertens quod ex eius nimia sumptione potest ebrietatem incurrere nimis sumendo peccat mortaliter: quia. scilicet. vsu rationis se prauat et omnium peccatorum periculis se exponit. unde Ambrosius in libro de patriarchis: vitam dicimus ebrietatem: per quam crimina vitare non possumus. Nam que sobrii cauemus: per ebrietatem ignoranter committimus. Et apostolus ad gal. v. iter ope



ra mortalia ebrietate connumerat. Potest  
tamen ebrietas contingere absq; mortali &  
etiam veniali: vt cum quis liquoris fortitu-  
dinem non agnoscit: vel liquorem inebria-  
tem p alio bibit vel siti ducitur nō aduer-  
tens. vnde & Aug. contra faustū. Loth de  
ebrietate excusat. Cum autem quis ratioe  
ebrietatis: vel occasione peccatum mortale  
ignoranter postmodū cōmittit. si mortalis  
fuit ebrietas non totaliter excusatur: tamen  
s̄m q; ratio voluntarij diminiuitur sic pec-  
catum excusatur a tanto: licet nō a toto. Si  
autem ebrietas absq; peccato contingit: tūc  
a peccato mortali excusare pōt. vnde Au-  
gustinus Loth ebrius ab incestu excusat di-  
cens contra faustum Loth culpandus nō  
quantū incestus: sed quantum ebrietas me-  
ruit. Tamen cum quis ad se redierit debz  
de illo peccato dolere vt credo. qđ etiā cō-  
fiteri: q; ad superiorem pertinet iudicare.  
vtrum talis fuerit ebrietas: que peccatum  
valeat excusare. ¶ Item foliū vltius imo-  
destie est loquacitas. que multa folia secus  
habet scilicet. Absultoquiū. vaniloquiū.  
Stultiloquiū. Turpiloquiū: de quib;  
cum voces sint signa intellectū: iudicāduz  
videtur secundū rationem radicis. ¶ Al-  
tissimus fructus nimie cōmestionis est iepta-  
lecticia & dissolutio que sortiuntur rationez  
peccati s̄m radicem: & in aliquibus secun-  
dum scandalum seu occasionem scandali-  
zatur. qđ tantum esse poterit q; habebit ra-  
tionem mortalis. ¶ Tertius ramus. p̄nci-  
palis: qui ex gula p̄cedit est inordinata de-  
lectatio. & hos fructus etiam secum habet  
scilicet. Sollicitudinem in querendo. Stu-  
diositatem in preparando. Multiplicitatē  
in diuersificando. Carestia in emendo. Le-  
civitatem in sumendo: que rationem pec-  
cati sortiuntur s̄m rationem radicis & per-  
sonarum & statū: vel s̄m qđ in talibus sit  
ita nobilis supfluitas atq; sumptus q; pau-  
perum indigētia & necessitas hoc faciat ha-

bere rationem mortalis eo modo quo su-  
perius de prodigalitate est dictū. ¶ Secū-  
dus ramus p̄ncipalis: qui ex radice car-  
nalis concupiscentie procedit: est delectatio  
inordinata circa actum: qui pertinet ad cō-  
seruationem speciei: vt dictus est supra: que  
luxuria appellatur: que quidem habet ra-  
tionem peccati inquantū repugnat rationi  
vel nature: & habet rationez mortalis sicut  
patet. ad Gal. vi. Vbi inter carnis opera  
computatur. Vbi autem ramus cum p̄ce-  
denti ramo conuenienter inseritur: quia ex  
gula procedit & gula ei materiam admini-  
strat: q; semen s̄m philosophū est supfluuus  
alimenti. Sicut aut dictum est de alijs pec-  
catis. q; motus proprios & diuersos qui p̄-  
ueniunt rationem: nec adhibetur p̄sensus  
non habent rationem mortalis: sic etiam  
de luxuria est dicendū. ¶ Ex hoc autez ra-  
mo tres rami speciales p̄cedunt: qui sunt:  
Inhonestas. Carnalis affectio. Incontinē-  
tia. Inhonestas hos fructus emittit: q; est  
inuerēcūda in verbo. In gestu. In facto.  
In habitu. ¶ Circa inuerēcūdiā hoc est  
aduertendū. q; licet sit passio. tamen ex vi-  
tio oritur. Cum enī inuerēcūdia sit de tur-  
pi proprie q; qui inuerēcūdus est turpia vi-  
detur diligere. vnde de ipsa iudicandū est  
s̄m rationē radicis. Neq; enim quādoq;  
est in potestate hominis. qñ voluerit vere-  
cūdari. q; huiusmodi passionez: vt frequē-  
ter complexionem sequitur. ¶ Circa In-  
honestatē in gestu vel facto vel verbo sciē-  
dum. q; multum ex affectu pensantur: vel  
s̄m q; ex hoc ratione temporis vel loci v̄l  
persone potest oriri scandalum: & tūc ex ali-  
qua circūstantia posset tantam prestare oc-  
casionem scandali. q; posset habere ratio-  
nem mortalis: vt si forte persona religiosa  
vel posita in exemplum choreas vel tripu-  
dia ducere: vel si forte a quocunq; impa-  
rasceue talia exercerent. ¶ Inhonestas ē  
in verbo: que scurrilitas dicitur de qua di-



erit apostolus: nec nominetur in vobis ex affectu pensatur: vel secundum scandalum ratione persone: vel secundum q̄ verba talia alios ad malum incitant. cum ⁊ tali intentione dicuntur: ⁊ sic posset habere rationem mortalis. Et sic etiam de choreis ⁊ cantilenis ⁊ lusibus intelligendum est: per hec igitur que dicta sunt patet. quomodo istriones: saltatrices ⁊ tales ioculatores: qui in honestis verbis ⁊ factis: homines faciunt delectari non pensantes que verba vel facta proferrant. dūtamen possint pecuniam extorere: non sunt in statu salutis. **D**are etiam talibus est in peccato fouere. vnde Augustinus super Iohannē. Dare res suas istrionibus vitiosum. Qui autem talia exercent officia absq̄ inhonestate ad recreationem hominum. cum quandoq̄ talis recreatio sit leticia ⁊ virtus etiam secundus philosophū entrapelia nominatur non tales dammandi: nec talibus dare iudicatur peccatum. **C**irca inhonestatē habitus. Notandum q̄ iste fructus quattuor secum habet scilicet. Superfluitatem. Preciositatē. Curiositatem. Inhonestatē. Superfluitas autem consistit in duob⁹ numero: ⁊ mensura: vt cū habent vestes plures vel nimis late vel defluentes. Item curiositas in veste duobus modis inuenitur scilicet in colore ⁊ modo facture. Inhonestas autem est cū modus facture vestiuū in pudicitiam pretendit: ⁊ ad malū prouocat: vt preciosarū vestiuū vel circa collus: ⁊ guttur tale q̄d. **D**uius autē inhonestatis sunt fructus: vnctio: lotio: deceptio. compositio. multiplicatio. adinuentio: vt cum fiūt vnctiones vel lotiones ad acquirendū colorem vel deceptiones in mutando capillos: vel focādo caput ⁊ huiusmodi. **I**te cōpositio vt cum nimis stricti sotulares: vel singularis modus in compositione seruat. **I**tem multiplicatio iocaliu: etiam adinuen-

